





Liber fr̃m Sc̃e Cruc̃s. Cou̇et̃ Marrepac̃ ẏ̇ de Rygenbergh
Donat̃ a Rutgero de hõnepell. Oret̃ p eo rr



Libri et tractatus sequentes doctoris consolatorij domini Jobis garson sacre pagine professoris Cancellarij q3 parisien in hoc volumine continent

Liber de consolatione theologie folio iij Cxxxv
Testamētum metricum perigrini
De passionibus anime xxxvi
De monte ꝺtemplationis xlvi
De mendicitate spirituali siue colloquio hominis contemplatiui cū anima sua lxvij
Orationes et meditationes diuerse anime deuote lxxvij
Instructio ad sorores de oratōnibus faciēdis iuxta numerum septem dierum. siue De quo quis per singulos dies cogitare debeat xcvi.
Carmen de vita solitaria xcviij
Tractatus de canticis.
Primus de canticorum originali ratione xcix
Secund⁹ de canticordo q de gamma nouo mystico q morali cxiij
Tertius de laude musice. eius maximis. regulis. aforismis cxxx
Centilogium de meditatione crucis cxxxvij
Compendium theologie cxl.
De verbis domini Venite ad me omnes qui laborati et onerati estis. cxlij
De illuminatione cordis. siue De vna preciosa margarita q etiaz de ipsa sācta margareta cclxxi
Contra ꝓprietarios regulam Augustini professos cclxxiij
Questio. vtrum aurora mane rutilans solem viderit. q̄ est de cōsilijs euangelicis et statu ꝓfectionis cclxxxiij
Contra ꝓfessū inobedientem. siue De mōcho inobediēte ccxcij
De zelo q feruore nouiciat⁹ z93
De exercitijs deuotoꝝ. siue qualiter discrete in suis exercitijs se habeant. vel Contra malas immissiones ccxciij
Resolutio An monach⁹ ꝓpter studiuz possit dimittere aliqua officia diuina. ccci
De libris a monacho in diuino officio q regularibus obseruantijs continue occupato frequētandis ccciij
De laude scriptorum ccciij.
Resolutio de delectatione in seruitio dei habenda cccix.
De temperantia ꝑlatoꝝ vel ꝑdicatoꝝ in exterioribus videlicz in cibis potu vestib⁹q3. cccx
Contra impugnātes ordinē Carthusienß ꝓpter pauca miracula in eo facta cccxiij
Contra impugnantes eundez ordinē q̄ nō est ꝺfirmat⁹ cccxvi
De non esu seu abstinētia carniū apud carthusienses cccxv
Utꝝ liceat ei qui grauatus ē debitis intrare religionem. Vel de obligatione furti vel alterius rei mutuate vel commodate. cccxxiij

Sermo Conuentui B M Paris P P Cruciferor

Liber de cõsolatione theologie .ii.

In prohemio notatur quattuor cause theologice consolationis que sunt Spes Scriptura Patientia et Doctrina.

In primo metro deflet̃ miseria ciuilis dissentionis. In prima prosa primi libri colloquunt monachus id ẽ solitarius. et volucer id est nuncius interme/dius super statu peregrini seu viatoris et de eius ỹsolatione p theologiam. In scõo metro ponitur laus theologie in hoc q ẽ efficax ỹsolari In scõa prosa ponit̃ ꝓmo q theologia suam ỹsolationez inchoat vbi et vnde desinit philosophica consolatio scz q cũcta agimus añ oculos iudicis cũcta cernentis Amplius q triplex est iudiciuz dei vnde ỹsurgit in nobis spes7 timor et quomodo se comitant̃ Amplius q cũ sobrietate ꝑt vtiliter recogitari et tradi ỹsideratio iudicioꝝ dei in predestinatione 7 reprobatione sic̃ fecit apls Et deinde qualit̃ oriat̃ inde ỹsolatio intima et solis expertis cognita. In tertio metro agit̃ de sentimento talis cõsolatiõis In tertia prosa agit̃ primo in speciali si causa sit aliqua cur deus istũ vel illũ predestinauerit. Deinde cuz qua cautela talis consideratio in particulari debeat aut possit admitti Demũ quo pacto potest quietare spes in deo. In quarto metro ponunt̃ exempla quõ ꝑ tentationes non euellit̃ spes. In quarta ꝑsa tradit̃ primo in quo spes ỹsistit7 q de nullo hic ẽ desperandũ. Amplius quõ per sũmam desperationem venit̃ ad spem. et quantuz sit vtilis ỹsideratio diuine ꝓdestinationis. Rursus agit̃ de corroboratione spei exemplo sanctorũ et quõ stat cũ libertate. nec tñ plene ꝑt hoc intelligi sine gr̃a dei que ẽ vnctio docens de oibus In quinto et vltimo metro ponit̃ ỹparatio cuiusdam naute qui ex medijs tempestatibus exilit in locũ tutuz 7 secretum.

De scõo libro fabula.

In ꝓma prosa scõi libri fit sermo de statu peregrini interserẽdo de varijs speciebꝰ false spei. et addẽdo q ex ỹsideratõne diuine bonitatis omnia libere gubernãtis sumit̃ scõa causa theologice cõsolationis In primo metro reprobat̃ opinio pẽoꝝ q deus agit de necessitate nature sic̃ sol lumen suũ. In scõa prosa dat̃ ratio cur diuina volũtas nõ est dicenda agere ad extra de nẽcitate nature. Quõ ꝓterea ꝓcedit aliter theologia q3 phia Addit̃ distinctio trimẽbris de volũtate humana et de cõformitate eiꝰ ad diuinã. In scõo metro declarat̃ qualit̃ affectiones et industrie que sparsim sunt in bruti3 aialibus/collecte sunt in homine et in eius ratione cui subdit̃ eiꝰ

appetitus. In ḗcia ꝓsa fit ꝺq̃stio sup̃ difficultate quã patiť liberuz arbitrium in regẽdo corp⁹ cõforz miter ad rectã ratõez ⁊ de modo ꝺformãꝺi voluntatẽ humanã ꝺiuine exẽplo xp̃i Tandẽ causa reꝺditur de varietate iuꝺicioꝝ hũanoꝝ. In tercio metro ꝺatur ratõ ꝺiuerſificatõnis iuꝺiciꝝ rõnis ꝑ ſimilitudinẽ lumis viſi ꝑ nubes aut in ſpeculis variatis. In quarta ꝓſa fit inueſtigatõ qualiter aꝺiuuatur libertas arbitrij. Et inferť q̃ nihil eſt caſuale vel foꝛtuitũ in oꝛꝺine aꝺ primã causã. ⁊ iuxta quẽ ſenſũ ipſa poſſet ꝺici foꝛtuna vel fatũ. Ꝺoceť qualiter ex hijs q̃ deus inueniť reuelaſſe ⁊ ꝑſciuiſſe pulcerrime et ſalubres veritates eluceſcũt. In q̃rto metro ꝺocemur ſb exẽplo quaꝺruplici q̃liter inſequi ꝺebemus ꝺei voluntatem.

Tabula tertii libri.

In prima proſa tertij libri p⁹recapitulationẽ inchoat ſermo ꝺe cõſolatione theologie ꝑ patientiaz ꝺeſcribẽꝺo quiꝺ ſit zelus. In primo metro ꝺoceť ꝑ ſimilitudinẽ ignis ⁊ fuliginis q̃ztum ꝑiculoſus ẽ zelus ſi non guberneť ratione. In ſecũꝺa proſa ꝺeꝺuciť hoc iꝺem ꝑ affectus hũanos ꝺando cauſam cur zelus turbat iuꝺiciuz velut in ſomnijs. Quať preterea zelus eẽ ꝺebeat tam in habentib⁹ auctoritatem regitiuã q̃z in carentib⁹ ea. Ꝺeniq̃z notãtur plures cauſe turbatiue zeli in rectoꝛib⁹. In ſecũꝺo metro laꝺatur vita ſolitaria ſibi vacans. In tertia proſa fit ſermo ꝺe illoꝝ zelo q̃ nõ habent regimẽ aliq̃ꝺ publicum ꝺocẽꝺo ſub quibuſꝺã regulis qualiť ⁊ vbi ꝺebeant vti vel nõ vti zelo ſuo. In ḗtio metro ꝺocemur ꝙ q̃libet ſit otentus vocatione ſua ⁊ ꝑm illam bñ agat et ita proꝺeriť oĩbus nec ſe leꝺet. In q̃rta proſa ꝺeclarať quõ ſolitarius poteſt omnib⁹ ꝓficere. Ꝺeinꝺe ſubungiť ꝑmo ꝺe pacia ꝙ in ea ꝺſolatio theologica reponatur. In q̃rto metro poniť vtilitas pacie ſub exẽplo iob afflicti

Tabula quarti libri.

In quarto libro proſa p̃ma loquitur ꝺe trepiꝺatõe ꝺſcientie humane reſpectu iuꝺicioꝝ ꝺei. Et ꝙ nihilomin⁹ laꝺores aſſumẽꝺi ſunt ꝓ republica ⁊ aꝺiutoꝛio alioꝝ fuꝺanꝺo ſe in ꝺoctria ſacra. In primo metro ꝺať ratio cur ꝺeus legem naturalem ꝺeꝺit in ſcꝑtis laꝑꝺeis. Ꝺhinc in euãgelica lege reperiuit. In ſecũꝺa proſa ponitur ꝺiffuſe ꝺiſtinctõ ꝺe triplici certitu ꝺine aꝺꝺẽꝺo q̃liter intelligi ꝺebeat illuꝺ Gregorij Bonaꝝ mentiũ eſt culpã agnoſcere vbi culpa nõ eſt. Et q̃liter poteſt hoc ſine mẽꝺacio fieri. In ſcꝺo metro ꝺocemur qualiť vti ꝺebeam⁹ ſcrupulis oꝛientib⁹ ex ꝑteritis culpis. In tertia proſa fit iterũ ſermo ſup eaꝺez re ꝺocẽꝺo ꝙ ſerenatio ꝺſcientie perſentimẽta ꝺeuota nõ eſt ſignũ efficaꝝ ꝺine gratie gratũ facientis.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Nodic de modo se habēdi respectu scrupulozum consurgentiū circa ea que sunt posterius agenda. ⁊ qualis certitudo sufficit ⁊ vnde colligit̄ In tertio metro loquitur ꝙ precepta legis nature sunt etiā p̄cepta fidei ac legis euangelice. conquerendo de errozibus cōtingentibus circa ea In quarta prosa loquit̄ incidēter de theologis ⁊ iuristis quales esse deberent et quales aliqui sunt Concludendo ꝙ in morali negocio non pōt vniuersalis ars tradi q̄ conferre sufficiat certitudinē in particlari quolibet agibili quin consurgere possint scrupuli mentis inquietatiui. In quarto metro docet̄ quomodo pax mentis possit aut debeat inueniri. In quita prosa ponitur ꝑsona theologie grandis oratio cōsolatozia super casibus humanis. nominatim illius qui tunc franciaz conturbabat. Concludēdo supremū cōsolationis theologie gradum in animi preparatione ad martyzium

Finit tabula libri sequentis

Nota pro intellectu huius dialogi ꝙ volucer est intellectus discursiuus et rationatiuus. Monachus est intellectus meditatiuus ⁊ inquisitiuus. Peregrinus est homo contemplatiuus simul ⁊ actiuus

Sciendū pro intellectu huiꝰ libri ꝙ dñs Johes de Gersonno habuit fratrem monachum ordinis Celestini Et cum ipse franciam ꝓpter minas ducis burgundie relinqueret. fecit hunc dialoguz. sic ꝙ volucer siue nuncius respondeat monacho fratri suo pro se ipso peregrino Incipiens vbi Boeciꝰ in de consolatōne philosophie dimisit ⁊ de ꝺsideratione dei iudicis circa actus humanos ad quā philosophia perducit Sed qualē retributionem bonozum et malorum damnationē iudex faciet theologia hic lucide ostendit

Libri de consolatione

Tractatus de Cõsolatione theologie incipit feliciter

Quecũqz scripta sũt ut p patiẽtiã & oslationem scripturaz spem habeam⁹ Cõuenerũt aliqñ sup hoc verbo volucer cursor leuis explicans vias suas. Et möch⁹ in religiõe degens Qui vt vidit q volucer sibi notissim⁹ ad se venit de longinq. multa qdẽ sup multis. ℈ mlta pl⁹ theologie plurima sup aduena quodã germano suo dqrere disposuit. Cui⁹ inquisitionẽ et alteri⁹ respõsionẽ. sequẽs dialog⁹ explicabit et hoc p quatriduũ sub tetragono considerationũ. Que licet ad iuicẽ cõmunicent. erit tñ appropriati⁹ prima de consolatione theologie. p spem in contẽplatiõe diuini iudicij. Secũda p scripturã in reuelatione regiminis mũdi. Tertia per patiẽtiã i zeli moderatiõe. Quarta p doctrinã in osciẽtie serenatione. De⁹ ãt patiẽtie et oslatõis osolek nos in omni tribulatõe nostra. et det sermonẽ rectũ in ore duorũ Quoz volucer sic incipit.

Primũ metrũ primi libri. in quo deflent miseria ciuilis dissensionis.

Sepe peregrinas volucer trãsmissus in oras
Regrediens. patrie menia tam video
Dulcis aue natalis humus. tu francia felix
Inclita parisius nobile palladiũ
Heu quid ito est? seuo bellonam cerno tumultu
Ciuili furere sanguine cũcta replet
Spiritus in mediũ missus vertiginis errat
Obtrũcant gladijs mutuo se pijs
Carceribus trudũt. alios aut flumine mergũt
Membraqz torturis plurima dilantãt
Pars queuis dici pietas vult publica curãs
Cõmoda. que patrie viscera rũpit ouãs
Justicie vultus/atroz mentit ermis
Rex iuuo te clamãs regia sceptra rapit
Eruperãt scillã catilinam crimine vincunt
Vim pro virtute bellicus horror habet
Non pater a natis tutus. fratremqz perire

Mult frater.soceri mors venit a genero
Clerū miliciā ciues sine lege reclusos
Carcere plebs rabida sicut oues iugulat
Nullus adest nostre respectus religionis
Jura sepulture denegat impietas
Quisquis opes vel diuitias famatur habere
Obijcitur titulus proditionis ei
Eligit hic partem neutrā defendere partis
Mox vtriusq; patet innocuus iugulo
Nec satis est alijs vni se tradere parti
Ni se flagicijs conscelerent paribus
Quid q; te patriam pulcrā violare vocatur
Extera gens? hostis te lacerando rapit
Nulla fides pietasq; manet confundit omne
Fas q; nephas regnat horrida tesiphone
Extremos nonne fuerat iocūdius indos
Aut glaciale solū me penetrasse prius
Aduena tu felix alia te parte receptans
Nanq; patent oculis non mala tanta tuis
Jerū monachus hic degit sua claustra subibo
Ac de fratre suo fecero verba sibi

Prima prosa primi

Monachus

Est ne volucer quē video? Et certe is ē. Dic precor o volucer vnde venis? q̄ noua fers? qualis ad me te modo sors attulit? ¶ Volucer / Scito monache.qm̄ in constātiensi concilio generali.cū germano tuo cōuersatus vsq; finalem sūmi pontificis egressum tandē diuerticula querens exiui cū eodem.qui iuxta cognomē suū peregrin⁹ effici maluit in terra aliena q̄; ad suos huc regredi. ¶ Monachus / Satis est o volucer.si certum me facere potueris.quid agit dilect⁹ anime mee? q̄d amor cordis mei. Nonne dolet velut exulem se fieri.in ignota q; lōginqua regiōe.vbi linguā quā nō nouerat audit? Nōne subtristis est se poni sub modio uel in obscuris sicut mortuos seculi.qui lucere sup candelabrū fuerat institut⁹? ¶ Volucer / Nihil prorsus o monache.temporū tempestate pensata proq; diuturna animi p̄paratiōe qua sibi p̄uiderat.oia q̄ occurrissent equanimit̄ tolerāda Gaudet pot⁹ i dño.magnificās eū.q; exultat spūs eius in deo salutari suo.deputās se adiutū me/

ritis q precibus alioꝝ. Itaqꝫ de se securus. q in se dño miserante tranquillus. deflet miseriã patrie ꝑprie. indignissimãqꝫ sortẽ. Cuiꝰ tñ calamitatis media pars non est sibi nũciata. quã oculis ꝑprijs horrens intueor Quinetiã sup cõculcatiõe veritatis q iusticie. plorans igemiscit. Miserabilẽ deniqꝫ ciuitatis celeberrime desolationẽ tanqꝫ hieremias ruinas hirtm lamentaꝝ. // Monachus // Qua ratiõe fieri potest o volucer. q exul a patria a parentibꝰ a ꝑpinquis a notis q amicis nõ angustiet in corde nõ in aio cõturbeꝝ? // Volucer // Monache nihil difficile est volenti Meministi puto vt aduena noster semp in medijs etiã turbis q vrbibus solitudinẽ sibi ꝗsiuit q dilexit. Solitudinem loquor que est a curis forinsecis q hoim calumnijs vacatio: probãs illud sapientis. ꝗ minoraꝝ actu ꝓcipiet sapientiam. // Monachus // Scio volucer q expertus testor // Volucer // Ecce aũt nunc elongauit fugiens q mansit in solitudine expectans eũ qui saluũ se fecit a pusillanimitate spũs q tempestate. qñ vidit iniq̃tatẽ q contradictionẽ in ciuitate. Euolauit sicut passer erepta de laqueo venantium. Undiqꝫ nimirũ sibi parabantur insidiarũ tendicule. Enatauit ut potuit a naufragio reipublice. ꝓstolans si forte postmodũ sit spes Nihil tandez se videns aduersus currentẽ furoris impetũ nitendo proficere desilijt aliorsum a curru publici regiminis cedens raptui preualẽtis nequitie q malitie quã ad presens non vincit sapientia. // Monachus // Vincet tandem aliqñ crede mi volucer // Magna quippe q fortis est veritas q sup omnia vincit ac preualet. // Volucer // Veritas o monache qñ vincet nescio. hoc vnũ ꝑprijs oculis inspicio iuxta vocem ysaie ꝙ conuersũ est retrorsũ iudicium q iusticia lõge stetit. quia corruit in platea veritas q equitas non potuit ingredi. qñ facta est veritas in obliuionẽ q qui recessit a malo prede patuit. Quo cõtra videre ẽ falsitatẽ nõ qualẽcũqꝫ ꝫ hereticã prauitatẽ in via mandatoꝝ dei q perãbulat vicos q plateas erecta ceruice insultãs catholice veritati cũ defensoribꝰ suis. ꝓterit eos pedibus sordidissimis. Ac de ipsis tanqꝫ dña victoriosa triũphare gloriaꝝ. // Monachus // Proch dei atqꝫ hoim fidem dic oro volucer vnde talis euersio. Nõne sca generalis synodus q ꝑ veritatis tuitione principaliꝝ instituta fuerat se cultricẽ huiꝰmodi veritatis exhibuit atqꝫ ꝓtectionẽ // Volucer // hãc interim querelam omissam volo quoniã cupit animus ex te cognoscere quibus exercitijs se refouet frater quẽ torpere neq̃qꝫ putauerim inerti ocio. quibꝰ ilsup armis spũalibus aduersus iniquos for-

tune seuientis impetus congredi solitus est ne tristitia seculi q̄ mortem operatur ipsū vel deficiat vel absorbeat. Volucer De vera q̄ solida pegrini ɔsolatione tecum sermonē habiturus significo in primis ꝙ eam accipit doctrice theologia que comitem se dedit pegrinationi sue. Ab infantia eni sacras litteras nouit neq̄ furor hostilis neq̄ terror peruertere potuit quin prosequeretur iter suum de qua sapiens. Attingit ergo ait a fine vsq̄ ad finē fortiter q̄ disponit omnia suauiter. Hanc amaui q̄ exquisiui eam a iuuētute mea q̄ quesiui sponsam mihi eam assumere q̄ amator factus sum forme illius. Sequit consolatio intrās in domū meam conquiescam cum illa. Nō enim habet amaritudinē conuersatio illius. Nec tediū conuictus illius sed leticiam q̄ gaudium. In cuius preconiū ita libet metro pangere.

Secundum metrū primi i quo ponitur laus theologie in hoc ꝙ est efficax cōsolari

Felix theologus pulcra sophia
Qui vult a puero se dare spōsam
Que castū tenero stringit amore
Eius se vocitans iure sororem
Casus se sociam prebet in omnes
Ne vite releuat tedia meste
Solatur resonans cantica syon
Securoq̄ regit limite gressus
Spes q̄ vera fides concomitanē
Et diuinus amor q̄ doraq̄ virtus
Prudens sobriaq̄ fortis q̄ equa
Honorūq̄ cohors iuncta beatis
Ad te si tribulās sors ruit vlla
Duris increpitās torua flagellis
Perstes impauido suscipe vultu
Nam sic viuitur est pax in amaro
Nam si flāmigeris intonat ether
Fractus fulminib⁹. totus q̄ orbis
In se dissiliat. si caro cedit
Mens esto stabilis sede retēta
Nec tu quesieris herculis arma
Nec gaudēs validis viriḃ⁹ art⁹
Plus horrenda satis q̄ superit
Hac iutrice potes ꝓdere mōstra
Infandas herebi carmie pestes
Vicit qñ lyrā temperat orpheus
Mollescūt lapides flumina sidūt
Sed se nō supat victus amore
At vo cithara dum modulat
Pastor postea rex carmis odas
Quas aptat frenesis ocyus exit
Nequam spiritus a rege saule
Ergo nemo satis theologie
Laudes extulerit tanta patrātis
Qua cure fugiūt. mens hilarescit
Que virtute sua mōstra trucidat
Cui⁹ vi rapitur aduena degens
Terris ad nitidū scandere celum
Excelsa residēs cernit ab arce
Fortunā merito rectus vtranq̄

Scda prosa primi

Monachus

Vre quidem laudaueris theologiã volucer. Sed in consolatione recipienda cõtra fortuitos casus contra vanam mundi felicitatẽ. Cur nõ sufficerit celebris ille dialogus pbie cũ Boecio. qui prorsus eleganti stilo breui q splendido cõpositus est. sententias grauissimas atqz verissimas in se tenens? Volucer Noli mirari monache. si theologia pbie prefertur qm̃ sicut naturam gratia. sicut ancillam dña. q disciplinã magistra. sicut tẽpus eternitas. sicut ratiocinationẽ intelligentia. sicut visibilia ea q̃ nõ videnť. Sic theologia philosophiã erupat quã non abiicit sed in obsequiũ sumit. Est aũt lex diuinitatis q ordo. vt supma inferiorꝝ iũgant ad superiorũ infima more concatenatiõis veluti plato loquebať q̃ in corporalibus argentea in spũalib⁹ aurea vocabať. Et plane hanc in scala iacob graduũ figurationẽ accipim⁹. Propterea sub cõpẽdio p/cedentes inducem⁹ theologiã inchoantẽ verbũ ab illo supremo q̃ pbia cõsolationẽ suã apud boetiũ terminauit. Ita eni recto breuiatoqz ordine pcedet theologia sursum machinã sue deductionis erigẽs si pbie sibi fundamẽta substrauerit Quale ẽ sit illud quod postremũ pbia posuerit puto meminisli. Magna eni vobis ẽ inquit si dissimulare nõ vultis necessitas indicta pbitatis cum añ oculos agitis iudicis cũcta cernentis

Monachus Memini volucer q quali principio exordiens q̃li p/terea medio pgrediẽs huc vsqz pcesserit retineo. nimirũ q̃ studio libri illi⁹ ab adolescẽtia vehemẽt incubuerim. Volucer Cõgratuloꝛ eruditioni tue. Equidẽ ab hac sententia q̃ pbia desinit. theologia suã cũ peregrino cõsolatiõnẽ iniciat q̃lis sentẽtia formaliť in augustini soliloq̃o posita ẽ. Et certe paulus dũ ad hebreos scriberet collaudaturus virtutẽ fidei proposuit symbolũ nature quod hominib⁹ p oi tẽpore necessariũ fuit. Credere eni oportet accedẽtem ad deũ qr ẽ q inq̃rẽtib⁹ se remuneratoꝛ sit. Ut ẽo de⁹ ipse qualis iudex existeret. qualẽ insup remunerationẽ daret q̃rẽtib⁹ se nõ potuit pbia neqz discipuli sui ductu ratiõis iuenire. deficiebat eni volentibus ad altioꝛa conscendere scala creaturarũ. per quã sempiterna dei virtus atqz diuinitas licet possit attingi. nõ tñ vsqz q̃qz. vt cognoscerent quales quantas ve penas reprobis deũ contẽnẽtib⁹ q̃lia porro p̃mia se inq̃rẽtib⁹ iust⁹ iudex tribueret. Quod facere si vel pbi vel poete tẽtauerũt euanuerũt in cogitationib⁹ suis. q vix aliud q̃z errores fabulosos fibiqz dissidẽtes fingere potuerũt. Recta ẽ deniqz mãdatoꝛ dei viã nesci

erũt qua pergitur ad vitã q̃ ẽ sta/
tus oiuz bonorũ aggregatiõe p/
fectus. qualem hic assequi neminẽ
posse pbia demõstrat exprimẽtali
ratione. Sed vel virtutes vel act⁹
formales quib⁹ attingat iste sta/
tus obiectiue quidẽ. in deo ituitu/
ue cognito pbia tradere non va/
luit. Miserat⁹ aũt desup hũanos
errores deus eas veritates neces/
sarias et salubres ad q̃s euehere
non poterat pbia nec tentare de/
buerat theologia supnaturaliter
infusa sicut et hũanus supnatura/
lis est finis reuelauit et addidit.
Inter q̃s nõ irrationabilit theo/
logia sup istã q̃ deus inquirẽtib⁹
se remunerator sit. quia videlicet
iustus iudex est cuncta cernens.
collocat et adiecit modũ iudicij a
xpo traditi. Ibũt hi nõ dubiũ q̃n
mali in suppliciũ eternũ. Justi aũt
in vitã eternã. neqz eni est alia ve/
ritas efficacius generatiua timo/
ris dñi q̃z ista claudẽs in se hor/
rendissimũ illud dãnationis toni/
truũ. Ite maledicti in ignẽ eternũ
Nũqd nõ horrẽdũ valde p̃fici a
facie dei sũmi boni? Ez ad horro
ris cumulũ inexcogitabilẽ. addit
maledictio trudens in ignem non
qualẽcũqz ꝫ eternũ. Et hoc cum
diabolo et angelis ei⁹. vbi ascen/
det fumus tormentorũ in stagno
ignis ardentis et sulphuris vsqz
in scla sclorz. vbi vermis eorz nõ
morietur et ignis eorz nõ extinguet.
Et erũt vsqz ad satietatẽ visionis
oi carni. Ad hũc auditũ si fides
admixta ẽ timorẽ dñi q̃s nõ sibi
suscepit? Est aũt timor dñi inicium
sapiẽtie. et ab ipso accipim⁹ spiritũ
salutis. Et p eum declinat ois a
malo. illũiant corda et i oblecta/
tiõe venit misericordia. ¶ Mona/
chus ¶ Qua ratiõe fieri potest o
volucer q̃ p timorẽ et talẽ timorẽ
veniat queuis oblectatio? Timor
eni penã habet quẽ pfecta chari/
tas foras mittit. Qualis ampli⁹
esse cõsolatio põt habẽti p oculis
assidue stagnũ ignis ardentis et
sulphuris i quod ne corruat for/
midare habet momẽto quolibet.
Nec vnqz dũ viuit ab hoc pauo/
re securus est. Nescit eni homo fi/
nem suum neqz si amore vel odio
dignus sit. ¶ Volucer ¶ Recte
cẽseres monache. si theologia fi/
delis nequaqz ad vlteriora per ti
morẽ istũ ꝓueheret si nõ ad spem
que non cõfundit effugere cõpel
leret. Si nõ deniqz ad deũ totius
cõsolatiõis per dilectionẽ ample/
ctẽdũ sibiqz coherẽdũ velut i locũ
refugij mirabilit induceret. ¶ Mona
chus ¶ Velle audire q̃ pacto fie
ri habet hec inductio vere mirabi
lis de timore in spem et amorem.
neqz enim eadẽ sede cordis simul
habitare posse videntur timor et
spes. licet legã ꝓphete iussionẽ re
gib⁹ terre vt seruiãt dño i timore
et exultẽt cũ tremore. Et p sapiẽtẽ
Qui timetis dñm spate in illũ. et
iterz ꝓpha. Bñplacitũ ẽ dño sup t'

mentes eum et in eis qui sperant super misericordia eius. et alibi sine numero spes timori coniungit ¶ Volucer. ¶ Attendendus est o monache solerter ordo iudiciorum supremi iudicis dei. qualem phia non attingit. Inde theologia velut humano more loquens triplicem deo curiam triplicemq; thronũ deputat. Residet in pma curia et throno indulgens gratia. Residet in altera curia q throno corrigens misericordia. Residet in tertia curia q throno damnans iustitia. de qua per aplm horrendum est incidere in manus dei viuẽtis. Transierat homines oẽs in hãc mortis damnationem p̃uaricatore adam. nec erat qui de manu hac iudicantis dei posset eruere si nõ supra nature vires et merita constituisset nobis iustus iudex deus per sacramentum reconciliatõis vnigeniti filij sui dei curiam primã et alterã. in quibus gratiam q misericordiam iudices collocauit. inthronizans quando factus ẽ nobis a deo sapientia et iustitia sanctificatio et redemptio Quando preterea datũ est hominibus damnatis in curia iustitie eam quasi grauaminis illatricẽ posse declinare appellãdo ad superiores curias gratie et misericordie quoniam superexaltat misẽricordia iudicium. fitq; vt vbi abũdauit delictũ superabundauit q gratia quod phi losophia non cognouit ¶ Mona

chus. ¶ Incipio volucer grauioribꝰ q̃ antea scrupulis vrgeri vt omittam qõnes interim multiplices ex tuis habentes dictis ortũ. de fide philosophorũ et aliorum quo pacto saluati sint aliqui sẽ nature sola lege. Tradit itaq; philosophia vir perscrutabilem diuine prouidentie viuacitatem presertim dum ad eam confertur humani libertas arbitrij cum certa precognitione futurorum Sed ecce subaddit theologia difficultatem in immensum minus inuestigabilem neq; comprehensibilem dum quosdam ex hominibꝰ recipit iudicãdos in curia gratie vel misericordie et eterne beatitudinis participes facit. Alios vero multo plures damnat in eternum sua iustitie seueritas dicente eo Multi vocati pauci vero electi. Mirum autem si quis in hac recogitatione constitutus non perturbet q totus horrore tabescat qualiter abscõdita non est consolatio ab oculis suis iuxta scripture ẽbum dum ita deus inter fratres diuidit. ¶ Volucer ¶ Fatendum est in primis Monache q̃ hec consideratio iudiciorum dei qui terribilis est in consilijs sup filios hoim si cũ superba curiositate recensea pcipitat in illã sapiẽtis damnationẽ Qui scrutator est maiestatis oppimetur a gloria. exterminat oẽm bone solatõnis ẽbutẽ. venit in reprobã de deo desperationem q in odio/

sas rabidas⁊ isanas blasphēias demergit⁊ absorbet. hoc in viatoribus aliqb⁹ hoc in dānatis oib⁹ optatur. At vero ōsideratio talis si cū debita hūilitate⁊ reuerētia sit dei⁊ pī cordis assumat. Si cū captiuatione ois intellectus in obsequiū fidei redigat. nullam existimat pegrinus noster potiorē vel efficaciorem ad obtinendā legitime ōsolatōnis viam ūnitus elargiri. Nonne senserat hoc ꝓpheta dū suspirans ait. Memor fui iudicior tuor a seculo dñe⁊ ōsolat⁹ sum. Quā cōsolationē nescio si vehemētius exp̄ssit alio loco is q̄ dixit. Et exultauerunt id est extra se salierūt filie iude ꝓpter iudicia tua dñe. Monach⁹ Obseruandū ne est obsecro volucer ne min⁹ sobria fortassis⁊ insolens sit huius doctrine traditio. qm̄ stultorū infinitus est numerus carnaliū⁊ arrogantiū q̄ nō capiunt q̄ dei sūt. Et si non dixeris ea q̄ versant in corde suo⁊ q̄ suo ingenio penetrare se gl'ari possint. Volucer Corrigit⁊ repellit tuā hanc hesitationez conscius arcanorū diuinorū apostolus. q̄ satagens contentōz gentiliū romanor⁊ iudeorum q̄ susceperant fidem cōpescere/collocauit totius disputationis sue velut centrū⁊ cardinē suprem̄ consideratione diuine p̄destinationis et p̄scientie ab illo loco. Scimus aūt qm̄ diligentib⁹ deum omnia cooperātur in bonum his q̄ ꝑm ꝓpositum vocati sunt sancti. Naz quos prescivit⁊ predestinauit ⁊c. Atqz dū exclamat. O altitudo diuitiarū sapientie⁊ scientie dei q̄z incōprehensibilia sūt iudicia eius⁊ inuestigabiles vie ei⁹. Quis enī cognouit sensū domini Aut quis consiliarius eius fuit. Aut quis p̄ordevit ei⁊ retribuetur illi. Illic inserit q̄ non volentis neqz currentis sed miserantis dei est. et cuius vult miserek. ⁊ quē vult indurat. Et q̄ non ex operibus sed ex vocante dictū est. Jacob dilexi esau aūt odio habui. Apl's igitur doctor gentium in fidē⁊ veritate inter quas erant insipientes multe carnales⁊ supbe. si premissaz eis ōsiderationē pro sua edificatione non timuit exponere. quatenꝰ eas⁊ iudeos mutuo reduceret ad legitimā pacis⁊ caritatis formā. Quo pacto verendū erit inēk xp̄ianos p̄sertim eos q̄ de sua salute solliciti sunt cōsideratione ista vtique apud eum talem de sua salute cōsolationem suorū q̄z similium operata est vt assereret Certus sum enim q̄ neqz mors neqz vita neqz angeli. neqz principat⁹. neqz virtutes neqz instantia neqz futura neqz fortitudo neqz altitudo neqz profundum neqz creatura alia poterit nos separare a caritate dei que est in xp̄o iesu domino nr̄o? Poterat āt certitudo talē accipi de certitudie reuelatōis dine si paul⁹ de se solo loq̄rek Sz dum

onumerauit alios electos dei conuenienti' intelligit hoc esse dictuz de certitudine spei. que tranquillitas quantum sit operatiua satis admodũ ꝓpheta regius exposuit qui dũ gloziabũdus in dño dixisset In pace in id ipsum dormiam ⁊ requiescã. Subintulit pro causa spem/dicens Quoniam tu dñe singulariť in spe ostituisti me. ¶Monachus ¶Scire velim o volucer quo studio vel industria deuenit aduena noster vt i hac pace in id ipsũ frueret? ¶Volucer ¶Accipito verba mea sobzie. neqz enim dicere ꝑsumo nisi quod aspiratq aspirare suadet ad illã pacem in id ipsum cũ ꝓpheta dicente Concupiuit aia mea desiderare iustificationes tuas in omni tpe si forte aliqñ desideriũ suiq similiũ paupertatis eraupiat dñs. et preparationez cozdis eoz audiat auris sua Scit enim qñ nemo repẽte fit sũmus. scit qñ munus hoc gre magis ẽ qz industrie. Nihilomin' doctozũ deuotozũ scripta relegens theologia ductrice suis vti conať industrijs ne sibimet deesse putet. deumqz tentare videať Enitiť experimento cognoscere que sit illa pacis consolatio qua sobzie debriat' exclamat psalmista Quã magna multitudo dulcedinis tue domine quã abscõdisti timentibꝰ te. Signanter ait abscõdisti quia nec ab habente tradi nec ab eo q̃ non habz capi potest. Est quippe

nomen nouuz in calculo candido scriptum quod nemo scit nisi qui accipit

Tertiũ metꝝ i libri

glyconicũ coziambicũ. et ꝓzti/onať .vi. ꝑmi de dscone philoso phie Cum phebi radijs

Magnũ crede nimis bonũ
Intus quo valeas frui
Extra nõ liceat loqui.
Certe nescit homo verus
Hoc est manna reconditũ
Sensus qõ capit intimus
Queris qualis ei sapor?
Aurem verbaqz quid paras?
Gusta post videas licet
Intro quid sapiat nouus
Degens frater agro sener
Querit gaudia que domi
Frater iunior accipit
Cecus mel ionathas prius
Gustat protinus hinc videt
Mel nobis sapidũ deus
Quo fastidia tollere
Mundi noxia fas tibi

Tertia prosa primi

Monachus

O Miseris interim volucer verbuz sup istis affectus deuoti sentimentis in quibus stat sapiẽtia que in mysterio abscondita est. Hec est theologia mystica de qua tractatus fratris apud me seruo q̃sdã latino quosdam vulgari scriptos stilo. Sed

sup his altēa fortassis die sermo fi/
et Perge vo pseq̄ de spe rnōēs ad
pauculas inrogatōnes meas qui
secretoz aduene nostri cōscius es.
Recogitat ne supremū iudicē deum
homines ex massa peccatrice.prede
destinasse quidē hos ab eterno sem
piterne beatitudinis foze pticipes
alios vēo prescitos et reprobatos
ad supplicīū perpetuū ? ¶ Jolucer
¶ Recogitat monache et id sane
frequēter // Monachus ¶ Accu/
sat ne diuersum hmōi iudicium dei
tanq̄ preterea sit in eo seua quedā
crudelitas indigna bonitate sua sū
ma // Jolucer. ¶ Absit monache
talis aduersus deū blasphemia.ne/
q̄ eñ psonā accepisse neq̄ iniuriā
fecisse dici potest qui nulli debitoz
est. Quod notauit aplus dicēs. O
homo tu q̄s es qui respondeas dō
nunq̄d dicit figmentū ei qui se fin/
xit quid me fecisti sic. An nō hz po/
testatē figulus luti ex eadem massa
facere.aliud quidē vas in honorē.
aliud vero in otumeliā. Talis apō
hōies similitudo plurima repitur.
nedū sup rebus vita carentib⁹ sed
animatis quib⁹ vtunt pro arbitrio
suo alīs ad mortē.alīs ad oserua
tionē.nec arbitrantur se vel iniurie
vl crudelitati obnoxios esse. Quid
si vult de⁹ in magna domo sua ma
nifestare diuitias glozie sue. istis in
ostensionē misericozdie. alīs in ma
nifestationē sue iustitie glozificans
illos ex misericozdia istos ex iusti/
tia derelinquens quatinus resulter.

carmen illud pulcerrimū. Ex graui
tenoze iustitie et molli cantu miseri
cozdie de quali pfitet pba. Mise/
ricozdiā et iudiciū cātabo tibi dñe
Q si pauciozes sē q̄ saluant manife
stioz ē in hoc gra dei quēadmoduz
inter surdos et claudos. mutos et
moztuos pauciozes sunt qui mira/
culo curant q̄z qui pzie conditioni
relinquūtur.verū dū ad singularia
fit descensus et inquisitio.cur videli
cet petrū vel paulū de⁹ elegerit ad
salutē. Judam vero et diuitē epulo
nē dereliquerit.opoztz vt humana
garrulitasia ponat digitū oz suo.
hoc vnū pfitens q̄ iustus est dñs
in oīibus vīs suis Jtaq̄z sicut nul
la pōt assignari ratio cur inter tot
res possibiles fieri ista nō illa facta
est nisi beneplacitū dei Jta de recre
atione seu regeneratione ad vitam
spiritualez multo magis dici debet
neq̄z ofugiēdū est ad illoz merita
vel opera quos ab eterno predesti/
nat de⁹.q̄z si ex opib⁹ iā nō ex gra.
Sed neq̄z priozem eterna dei volū/
tas causam hz qui fecit omnia pro
pter semet ipsuz.impiū quoq̄z in di/
em vindicte. Nihilomin⁹ fatendum
est q̄ nemo sine culpa damnabit.si/
cut absq̄z gratia saluabitur nullus.
¶ Monachus // Pergo volucer in
quirere osequenter si hanc aliqñ pe
regrinus noster osideratione super
se et ad se reflectit Meditans ne foz
te sit ex numero reprobozz.neq̄z eni
gloziari pt se peccatuz nō hre neq̄z
de alia massa esse q̄z ceteros. Jo

lucer ¶ Dicã illud monache quod sentio. meditatur aliqñ secũ cõquerens. quid si iusto dei iudicio dãnãdus es. Si reperit indispositũ cor suũ ad humilẽ hui⁹ considerationis susceptionem derelinquit eaz et ad alia se ouertit. quẽadmodũ fieri cõsiliũ est in temptationib⁹ vel interrogationib⁹ carnaliũ pcõz vel expientijs eaz rez que sunt difficillime electionis. vt si querat aliquis a semet ipo. Malles membratim laniatus mori qz illecebrose voluptati mulieris pulcerrime ɔsentire Si vero percipit affectum suũ deo ꝓpicio tranquillũ humilẽ et suauẽ sicut imprecatur aplus. Deus aũt spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo vt abundetis in spez virtute spũsancti. sistit pedetẽtim tñ et caute in hac recogitatione si forte damnand⁹ est. Cui⁹ apprehensioni nequaqz remurmurat ꝑm presentez affectũ et sensum de diuina iustitia. Sed humiliat⁹ dicit. Justus es domine et rectũ iudiciũ tuũ. nõ ꝙ damnationem eligat. absit. qz nec de⁹ hoc vult ipm velle sicut nec peccare nec desperare dũ viator est. Dicit potius cũ Job. etiã si me occiderit tñ in ipo sperabo ⁊ ouersus ad dominũ cũ pio et humili affectu Scio inquit equissime iudex qm̃ damnati in inferno te odiunt. te iniustũ. te inuidũ. te crudelissimũ iudicant. te blasphemant. te sanctis qz omnib⁹ ore rabido maledicũt. Scio ꝙ illic ostitut⁹ heu me miserũ sic agerẽ. Ut uero dũ interim affectib⁹ tam effe/ris et blasphemis careo. amo te q̃ totus es amabilis. te iustissimuz te amantissimũ. te clementissimũ dñm dico. te collaudo. tibi sanctisqz omnibus tuis ore pio benedico. quicqd postremo de me futuz ordinauerit voluntas tua corde credo et ore ꝓfiteor qm̃ nulla est iniquitas apud te qui sanctus es in omnib⁹ opib⁹ tuis. ¶ Monachus. ¶ Placet volucer distinct⁹ iste modus habendi se circa recogitationẽ diuine predestinationis seu prescientie. naz sicut in ꝓmo curiositas temeraria sic in secundo meritoria valde humilitas exercet Videre simile est in aspectu vel recogitatione formose mulieris vbi periclitaret incõtinens. cõtinẽs vero fortiter habituat⁹ vteretur ad virtutem. Video ꝙ amor hic gratuitus est nõ mercenari⁹ non recuruus. hec affectio filialis vel fidelis sponse. quẽ amorẽ qz donũ suũ est nõ acceptare nõ põt. qz diligentes se diligit. Beat⁹ qui ascensiones in corde suo disponẽs ad hũc gradũ pene supremũ puenit. Sentio deinceps magis ac magis quo medio põt hec ɔsideratio pacem quandã et consolationẽ operari Ita tñ si sit apud homines qui peccata iaz nõ iterant. nam iteratio peccatoz q̃d aliud pretendit qz reprobationẽ ⁊ interitũ? Attento ꝙ spes nõ ex meritis ꝓueniens presumptio est. non spes estimãda. ¶ Volucer ¶ Scio o monache qm̃ nemo est qui viuit

et nō peccet qñ et septies in die cadit iustus. Et beatus dicitur a psalmista nō qui non fecit. sed cui nō imputauit dñs peccatū. Mirū fortasse videbit̄ qđ dict⁹ sū Jnuenire ē hominē qui quanto plurib⁹ impugnatur temptationib⁹ quāto renitens eis pluries euincit̄ vel in voracitate gule vel in somniculosa dormitatione. vel in stimulor̄ carnis crebra perpessione et alijs hmōi. tanto frequentius certius q ideo fortius. qz humilius in deū se p̄icit. de deo sperat et confidit. Consulte quidē duz nullā videt in se fiduciā resistēdi vicijs neqz virtutes et salutem adipiscendi repositā. falloz si non ita dauid egerit inquiens Jmpulsus euersus sum vt caderem. subdit. Cuius innixus est auxilio et dñs suscepit me. Rursus cū ab hominib⁹ sibi desperatio improperaret̄ ḍa tulerat ouem et pastorem occiderat et dicerent. nō est salus ipi in deo eius ipe solidioz spe deo fisus respondebat Tu aūt dñe susceptoz meus es. gloria mea. et exaltans caput meū.

Monach⁹. Ut intelligo volucer Jta se res habet q̄ apud vere humilem quāto minus est in se spei minus in ope aliena fiducie. min⁹ deniqz vult ostituere iustitiā suā. tāto plus spei. plus fiducie de deo cōcipit. plus quoqz iustitie dei fit subiectus. dicens ex sententia. Mihi autē adherē deo bonū ē q ponē Jn dño deo spem meam. clamans ei. in tua iustitia plane non in mea libera me

Postremo magis intelligere nunc videor que in deuotor̄ libris legi de introductione sponse in cubiculū sponsi. de osculo oris eius post osculum manuū et pedū. de habitatione preterea in adiutorio altissimi nō in habitatione vel meritor̄ proprior̄ que vana est. vel penar̄ futurar̄ que anxia. vel industriar̄ p̄priarum que timida est et incerta. Certa vero qualiter esse possit in adiutorio altissimi inter tot vite discrimina. inter tot criminum lapsus. inter tantā elector̄ paucitatez edisseras velim Volucer Rex ista cōditio est o monache vt in suos fines tendant. quib⁹ adeptis quiescūt adherentes eis. hoc de grauib⁹ deorsum. hoc de leuibus sursū videre ē. Est aūt humani cordis desiderium et pondus in deū sicut in locū suuz et centrū ferri. est supremū post qđ nō relinquit̄ aliud humane peregrinationis refugium Superest igitur nihil infra qđ vel vltra quod possit humanū se cor deflectere vel fugere dū pondere suo se ostituit adherere deo. nunc interim p spem. fidem q amorem. neqz em̄ sibi dat aliter status presens. Porro sicut aliquis dicit̄ adherere certitudinaliter loco alicui vel baculo dū totis viribus ita stare vult. non aliter spem certam dicimus per deliberatā voluntatis adherentiaz. neqz em̄ spes est in assensu et vi rationali ꝫ desiderio q expectatione virtutis irascibilis tendentis in ardua. quod dest

ꝛsum tendentia vel expectatio reperitur in virtute spei cum tãta certitudine ꝙ adherentiã volũtatis ꝙ per nullius temptationis vel recogitationis insultuz vult ab ea semet euellere. Consurgit ex radice similis certitudo in assensu fidei dum ꝙ nullas rationes vel fantasias fidez impugnantes vult derelinquere quo minus stet in fide ad obeditionem dei et meriti conquisitionem.

Quartũ metrũ primi

Que montis alto stat iugo
Quercus suis radicibus
Defixa. nitens fortiter
Ventos et imbꝛes non timet
Assumit hinc plus virũm
Quo plus in imo se locat
Concussa venti turbine
Sic spes ferens temptamina
Antheus inuictus fuit
Dum cantus incubans humi
Non vult in altum surrigi
Elatus illico perit.
Que collocatur saxeo
Domus loco fideliter
Venti pluuie flumina
Deseuiant nunqz ruit
Iherere vos spe firmiter
Vestro loco nitamini
Vester locus certe deus?
Quo spes reponit certioꝛ

Prosa quarta primi li. cõsolatione theologie Monachus.

Qsum est aliquibus o volucer ꝙ spes in prescitis sp sit erronea. Jo eñ se putãt habituros quo carebunt. Alij volẽtes hanc absurditatẽ euadere dixerunt spem in hac ꝛditionali exist̃e. Si legez dei obseruauero salu⁹ero Volucer Monache. nec hoc vltimũ sufficit ad spem. staret enim cũ desperatione talis cõditio. Nec primũ sobꝛie dictũ est ꝙ deus obliget reꝓbos ad errandũ sicut obligat ad sperãdũ. Proinde spes ad certã beatitudinis expectationẽ sic se habet. ponit sibi ꝓ fidẽ ꝙ est aliqua talis beatitudo. iungit ꝙ ad illam pura liberalitate et gratia de⁹ ab eterno quosdam predestinat et eligit. Addit' ꝙ ad consecutionem hmõi finalis beatitudinis ordinauit media ꝛuenientia varijs modis sine numero inter que mediũ preciꝓuũ est gratia. que ideo dicitur vita eterna quia pignus eius est vel arra. Sed hãc aũt gratiã nulli dedit neqz daturus ẽ nisi ꝓ mediũ mediatoꝛis dei et hominũ quã gratiã ꝓ omnibus meruit ad sufficientiã. sed non ad efficaciã nisi incoꝛpatis sibi per fidem habitualem vt in paruulis. vel actualem et habitualem que ꝓ dilectionem perseueranter opatur. ꝙ fides min⁹ explicita fuit in ꝓphetis tpe legis scripte qz in apostolis tpe gratie Et longe min⁹ in pbis q alijs gentilib⁹ ꝓ lege nature. cuius

em̃ omnes accedẽtes ad deũ opor teret credere ꝙ deus est. et ꝙ inqui rentibus se remuneratoꝛ sit. quis es set tamẽ modus quo talis remune ratio ꝺsequereť ꝑ mysteriũ videli/ cet incarnationis filij dei. sicut non erat explicite reuelatũ sic nec explici ta fide credendũ. Cetex̃ spes taliť instructa ꝑ fidem que suus est ocul⁹ figit in primis desideriũ suũ ad be/ atitudinis adeptionẽ tanq̃ ad finẽ Et ab illo desiderio nequaq̃ vult auelli. Deinde desiderat media q̃li/ bet ad hui⁹ finis assecutionẽ ꝑ dei puidentiaz ordinata. per arma iu/ stitie sicut dicit aplꝰ. a dextris et a sinistris. ꝑ gloriã et ignobilitatẽ. ꝑ infamiã et bonã famã ꝛc. Fides ita/ q̃ rursus dicit ei ꝙ diligentib⁹ deũ et sperantib⁹ in eo omnia cooperã/ tur in bonum sicut tradit aplus ꝙ omnia nr̃a sunt ꝺformiter ad x̃pm Primũ querite regnũ dei et omnia hec adꝺicienť vobis. neq̃ taliũ ali/ quis predestinatoꝝ peribit vnq̃ Quo contra fit de reprobis quib⁹ om̃ia cedunt in malũ etiã aliena bo na que in scandalũ sibi vertunt et ruinã. Nihilomin⁹ qm̃ ignotum no bis ẽ quos vult inter homines de⁹ et qualiter saluos fieri opandũ est bonũ ad omnes vel orando vel cõ monendo vel hortando. vel increꝑ pando. vel ab erroꝛib⁹ et vitiis ab ducere satagendo. Ita sagena cha ritatis ocludit in se bonos q̃ malos separandos in litore iudicij. Prete rea si ex peccatis electoꝛum diuina

bonitas põt. scit et vult elicere bo/ na. nõ tñ ꝛocirco mala bona sũt vel eligenda. sed cauenda penit⁹ plan/ genda q̃. Collaudand⁹ autem be/ nignissimus q omnipotens de⁹ qui malis nr̃is nõ solũ nõ vincit sed ex eis opať bonũ nostꝝ. Sic em̃ dicit omnia sub peccato cõclusisse ꝰpple ꝑmissiue vt omniũ misereať. Pecca uit petr⁹ humilioꝛ cautioꝛ et miseri/ coꝛdioꝛ effectus est non actione ma li sed miseratione dei. Peccauit ma/ gdalena plus postea dilexit. quia multũ sibi dimissũ est. et i exemplar penitentie ceteris cessit Blasphem⁹ fuit paulus. ꝺfiteť humiliat⁹ ꝙ nõ sit dign⁹ vocari apostolus et est in/ ter peccatoꝛes prim⁹. Deniq̃ iocũ dať pater et exultat in receptione filij prodigi. Et gaudiũ est angelis dei sup vno peccatoꝛe penitentiam agente. Quis nesciat proinde pau/ peres duz de stercoꝛe pccoꝝ erigit eos de⁹ collocans in gloria cũ ꝑn cipibus populi sui. ꝙ in ampliꝰes erga diuinã benignitatẽ assurgunt gratiaꝝ actiones nõ q̃n innocẽtia preseruata seruata q̃ plus habeat dignitatis et gratie ceteris parib⁹. Sed in repatione depdite magis eminet misericoꝛdie benignitas Mi serandũ vero est quod in reprobis agitur e diuerso. de virtute q humi litate supbiunt. de gratuitis dei do nis vel ingrati sunt vel tepiꝺi vel in suã et alioꝝ pniciẽ et dei inhonoꝛa tionẽ abutentes vertunt. Ita vt eo rum q̃q̃ fiat oratio in peccatum.

hic per ingratitudinem. in inferno aũt per blasphemiã insaniorez Recordantes enim quẽadmodũ fuerunt aliquando supplices deo. ihec q illa bona facientes venerantes sanctos sanctas qz omnes cum devotione ḋni rabidiori otabescãt odio et maledictis latrẽt aduersus deũ sanctos sanctas qz omnes. presertim eos quos precipue coluerũt eos inuidos. eos crudelissimos. impios q ingratos. qui nõ ipos a tormentis cum possent eripiunt acclamantes. Quid ergo dicem⁹ ad hec? Faciemus igiẽ mala vt deus eliciat bona. vel bona vitabim⁹ ne contingant mala qualia tetigim⁹? Absit. Pter id eñ quod per accidens est non debet illud quod de per se est variari ¶ Monachus. ¶ Horresco volucer hec audiens q videns te superadmirabili via niti pro consolationis adeptione dum tremende et otrarie desolationis memoriã subinducis ¶ Volucer ¶ hic modus ẽ. hec ars theologie crediderís monache ḡ sicut per stultitiam et scandalum predicationis crucis saluos fecit credentes. sic per insipientiam trahit ad sapientiã dicente aposto lo. Siquis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo. stultus fiat vt sit sapiens. Non aliter vult eadem theologia per sũmaz desperationẽ de homine trahere ad summaz de deo spem q per desolationem ineffabilem et intolerabilem sursũ ducere ad solidam osolationẽ. Addideris nullaz esse recogitationẽ que plus ista radicaliter euellat ab humano corde superbiam de se semp aliquid magnum presumentẽ cui resistit de⁹. que magis insup gignat et nutriat humilitatez legitimã sub deo et ad homines. vitijs pcul expulsis que fert secum superbia. Nã qua fronte poterit aliquis fratrez suũ qualemcũqz deinceps vel odio vel ira vl inuidia prosequi. imo nec animo ḡ reprobus sit iudicare qui videt se de eadem massa peccati in eadem damnatiõe esse. neqz scit ḋo sibi crastina pariat dies? Q si voluerit gloriari de bonis suis mendax est si non habet. si habz illa gratis accepit a deo Quid ergo gloriatur quasi non acceperit. quid preterea iudicat alienum seruũ qui domino suo stat aut cadit? stabit aũt. potẽs est eñ deus statuere illuz. Sub hoc intuitu dixisse putandus est apostolus. Venit deus saluos facere peccatores quoz primus ego sum. primus intellige quo nullus prior videns se cum alijs equaliter filiũ ire. et ex eadem peccati massa esse quales venerat saluare deus ¶ Monachus ¶ Intelligo volucer materiã hanc de timore q spe latam esse. vellem traderetur sub compendio modus quo precipue spes stabilitur. ¶ Volucer. ¶ Mimirum stabilitur a deo cui supernaturale donum est Sed si particulari⁹ aliquid exigis. inueniẽ quadruplex meditatio que velut i tetragono firmissimo gestat

spem. Una meditatio est diuine iussionis vt speres. Altera diuine promissionis si speres. Tertia immense dei pietatis ne desperes vnq̄ de suis miserationibus. Quarta propie fragilitatis ne speres in te vel proprijs viribus. Dic igitur cogitationi tue solicitanti spem deserere. duz non facis certam vocationem tuā per bona opera quotidie corruens de peccato in peccatum. ingerenti proinde ne sis de multis vocatis et non electis sicut vita tua similis est multorum. Dic respondens q̄ obedis iubente deo qui mille locis scripture sacre precipit vt speres in eo. cui dicito. Exurge domine deus in precepto quod mandasti. p̄ficio me in te iubente te. non es crudelis aut fallar vt abiicias me. iuncta p̄sertim multiplici p̄missione tua qua de sperantibus in te pollicit⁹ es q̄ liberares eos eriperes. saluares. et glorificares. Cuius demū tam immensa pietas est vt nullis peccatis infinitis si cōmisissem ea solus vinci possit hic in via. Quod q̄z interposuisti cum immobilitate consilij tui iusiurandum vt per duas res immobiles sicut loquitur apostolus tuus quib⁹ impossibile est mentiri te nos fortissimū solatium habeamus ad tenendam propositam spem. q̄uis em̄ sis inobligabilis a creatura tua rationali quicquid agat pro te vel erga te. voluit tamen dignātissima condescensio tua cōmercium quodam habere cum hominibus vt bene de te mereantur si iussa tua compleuerint et in te sperauerint qui fidelis es et te ip̄m negare nō potes hec tu ita deo. Postremo dum propria fragilitas obiicit vt desperes. desperes volo. sed de te et in te qui homo et caro es. nam maledictus homo qui confidit in homine et ponit carnem brachium suū et a domino recedit cor eius. Sed hic occurrit trepida cogitatio dicēs. qua ratione conabor declinare vicia. virtutes adquirere. seruare mandata dei. sine quibus sperare vitaz ingredi iam non spes est sed arrogans et infidelis p̄sumptio? Conaberis prorsus. sed in adiutorio altissimi. q millies victus millies conaberis. eo quidez amplius et certius quo nulla tibi supereſt fiducia de proprijs operib⁹. Propterea dicturus Salomon finez contionationis sue dū proferre vellet. Serua mādata premisit. deum time. quia videlicet ab ipo est bonum vel velle vel perficere. Monachus. Retineo q̄ in soliloquijs similia de se confessus ē Augustinus. Sperabam inquit ali quādo in virtute mea que nō erat virtus. Et cū sic volui currere vbi magis stare credebam ibi magis cecidi. factus q̄z sum magis retro q̄z ante. Dicebā enim hoc faciam. illud perficiam. fiebat q̄z post nec hoc nec illud quoniam de meis viribus confidebam. Nūc autem con/

fiteor tibi domine rex pater celi ⁊ terre. quoniã nõ in fortitudine sua roborabit vir. vt non gloriet añ te stulta presũptio ois carnis ¶ Volu cer ¶ Traducit aduena noster me/ditationem hanc etiam vsq; ad an gelos et sanctos dñi attendunt ho/rorem diuinorum iudiciorum in da mnatis. Animus enim ꝙ tremunt angeli atq; archangeli. tremunt in/tellige nõ ex formidine sue damna/tiõis quibus inest glorie securitas sed eo magis ex aliorum damnati/one quasi si tremerent et pauerent in se deficientes resiliunt in adiuto/rem vnicum deum. adherentes ei se fragiles et nihilo similes reputan/tes sine eo. Addit de hũanitate xpi ꝙ sicut in esse suppositali sic innitit personalitati filij dei ꝙ propriã de/serit nec in se subsistit. ita in esse gra tie vel glorie innititur deo ꝙ nulla/tenus in se. et ita de sanctis quanto perfectiores tanto humilius et re/uerentius in adiutorium dei resiliũt Quocõtra de reprobis qui magis refugiunt a deo et ad se confugiũt quo damnabilius puniuntur qm̃ in ipis est amor sui vsque ad con/tẽptuz dei. sicut in alijs ẽ amor dei vsq; ad otemptum sui. Deniq; spes velut ancora. quanto minus in are nulis fragilibus et fluidis huma/ni auxilij figitur tanto solidius et certius supra firmam petraz (que xps est) defixa stabilitur. Ac si que fuerit aliq;s. quid igit de illis quos

nõ saluat de⁹? Responsũ habeat ꝙ velut animalia ꝓpter homines cre ata sunt ad obsequiorum varietatẽ illa blandiẽdo ista seuiendo. intelli gere sic habemus propter electoꝝ salutem prescitos esse formatos si/ue nocere siue obsequi conentur vt non glorietur omnis vel obsequẽs electis vel aduersans eis. Neq; ta/men ita sunt accipienda que dicta sunt quasi tollatur libertas arbitrij ꝙ fortificatur siquidem magis et in/stituitur sed in deo viuificante per gratiaz que est velut anima quedã vitam habens in potentia ad vitã secundam. ad meritoriam videlicet operationem. Itaq; sicut operatio animalis presupponit esse nature. sic operatio spiritualis vitam gra/tie. Sed neq; audiendus est Cicero qui vt libertatem in hominibus sta tueret abstulit a deo prouidentiam Neq; rursus ex aduerso recipiend⁹ alter qui diuinam prouidentiaz sic instituere voluit vt arbitrio nostro necessitatẽ imponeret Proh nefas etiam in peccatis dicens deum vel/le et facere nos peccare i manifesta tionem glorie sue. Porro viam me/diaz et regiam tradit theologia re uelata fide subnixa. qua gradien/dum est etiam vbi ratiocinationis contrarie dissolutio plena non pa/teret. ¶ Monachus. ¶ Existimo ꝙ has sententias nec incepti satis ca/piunt nec experientiam dare potest industria nisi preueniẽte in hũdictõ

horrorē.et detestationē boni diui/
ni.carne oio otra spūm p̄ualente
et tūc acidia est pcm mortale Est
etiā aduertēdū q̄ vbi in supioꝛib⁹
dictū est acidiā esse tristiciā de bo
no spūali.nō ē accipiēdū bonum
spūale cōiter.quia tūc acidia non
habēt rōnez spēalis vicij .cū omne
viciū refugiat spūale bonum vir
tutis sibi oppositū Sīliter cē in ḡntū
acidia refugit bonuz spūale ꝓpter

est laboriosū vl molestū corpi.aut
delectatiōis impeditiuuz.non di/
stinguit ab alijs vicijs carnalib⁹.
q̄b⁹ aliq̄s q̄tē et delectationē cor
poris q̄rit Sed ꝓprie acidia. dum
viciū spēale ponit. ꝓut hic ē tristi
cia mētalis ō bono spūali diuino
vel in bonū diuinū ordinato.ea so
la rōne qua in bonū dinū ordina/
tur cū assensu rōnis in ipi⁹ boni fu
ga horroꝛe et detestatiōe Nā men
tem hominis adeo optet bono di
uino de nēcitate inherē.vt nō otri/
stet fugiat.horreat.seu detestetur
ea q̄ sibi ꝓpter deū iminēt faciēda

De vicio seu peccato

auaricie Et q̄re dr̄ idoloꝝ seruit⁹

Hinc transeūdū est ad de
claratiōnem auaricie q̄ sic
ꝑm tullū describit Auari
cia est immoderat⁹ amor habendi
Secōm ꝙo Bern̄ sic describit Ava
ricia ē q̄rūlibz rez insatiabilis et
inhōesta cupido Auaricia secūdū
Aplm dicit idoloꝝ fuit⁹.q̄ auā/
rus ꝓprie in effectu et ope exhibet
creature scz pecunie. illud q̄d de/
beret creatori.et p̄cipue fidē spez
et dilectionē Nā ibidē tāq̄z i eo vī
sibi spēale auxiliū ꝓuēturū credit
suā p̄ncipalit spez ostituit.exinde
in ardorē dilectiōis trāsit Et in ꝫ
spēalit reph̄endit auari qz rei vilis
sime.s.pecūie q̄ de ēra venit q̄ acci/
pit q̄ ꝓprie ēra ē q̄m natura infimā
ordinauit tantū amorem suū exhi
bent et impendūt Et hinc in eccl.

dicit q̄ auaro nihil est sceleſti⁹ Et hoc ꝑter quatuor causas Primo quia vix est scelus seu vicium ad quod perpetrādū auaricia nō inducat. vt sunt furta. homicidia. ꝓditiones. periuria et cetera hmōi Secūdo quia est contra legem nature seu hūanitatis qua q̄sq; alteri teneť qđ sibi vellet fieri Tertio quia est cōtra legē vniuersalez in omnib⁹ rebus existentē. q̄ quaz se vari et cōicari volunt. imo quodāmodo cōpellūt Quari vo eas captiuas detinent ne cōicari possint Quarto ē cōtra legē diuinaz scriptā Iñ Luce. vi. Estote miseri cordes sic̄ et p̄r vr̄ misericors ē ⁊c

UTrū aūt liceat cuiq; thesauros cōdere Notandū q̄ dupl̄r thesaurisari pōt Uno mō ex affectu auaricie absq; omni intentione necessitatis ꝓprie vel aliene et hoc mō thesaurisare est omnib⁹ phibituz Alio mō thesaurisari p̄t ex prudentia. et hoc iterū dupliciter Uno mō vel ꝯsideratione necessitatis. et sic cōcedit parētib⁹ secularib⁹ ob necessitatē filiorū educandorū. vel filiarū diugio tradēdarū. nō tn̄ ditandaz. sed debito seruato mō iuxta statū ꝓpōe Alio mō ex ꝯsideratiōe publice vtilitatis. vtputa regni defendēdi. vel cult⁹ dei ampliandi. et sic cōcessuz ē regib⁹ et dñis tpalib⁹ thesaurisare Persōis vero ecclesiasticis particularib⁹ ꝓprie nunq; thesaurisare licz. nec etiā pecuniā tenē intētiōe seruādi Iñ Ambrosi⁹ Aurū habz eccīa non vt seruet ꝫ vt eroget

Ex predictis patz q̄ dupler ē amor pecunie tpaliū Un⁹ ꝛspectu nēcitatis Ali⁹ respectu superflui Contra p̄mū phibet dñs p̄focantem solicitudinē Cōtra t⁹ phibz thesaurisationē Auaricie autez pr Gregl. xxxi. li. moraliū. septez assignanť filie. que sūt. ꝓditio. fraus fallacia. ꝑiuriū. inq̄etudo. violētia cōtra miam obduratio Quaz numer⁹ siue sufficiētia sic sumi potest Auaricia vt dictū est. est superfluus amor habēdi diuitias Ista ergo superfluitas seu excessus aut est in ipas diuitias retinēdo. et ex hoc oriť obduratio cōtra misericordiam qua scz cor hominis misericordia nō emolliť vt de diuitijs suis subueniat miseris et indigētibus Aut iste excessus seu superabundantia est in accipiēdo seu in adq̄rēdo pecunias Qđ iteꝛ pōt cōsiderari dupliciť Uel .s. inq̄ntū ē in affectu vel inq̄ntū est in ope seu effcu Si ꝓmo mō scz q̄ntū est in affectu .sic ex auaricia oriť inquietudo. in q̄ntū scz auaricia ingerit hōi nimiā solicitudinem curas q̄z superfluas Auar⁹ em̄ vt dr̄ eccīastī. v. non implebit pecunia Si scđo mō scz in q̄ntū ē in ope seu effcu. et hoc iteꝛ dupliciter ꝯtingē pōt Uel em̄ in ista immoderataz indebita adq̄sitiōe vtiť q̄s vi vl̄ dolo Si vtať vi tūc ē violētia Si vtať dolo ꝫ iteꝛ tripliciter fieri p̄t Uel em̄ fit ipe do

lus in verbo Et siq̄dē ꝟbū sit simplex tūc est fallacia Si aūt ipi verbo addaḳ ꝯfirmatio iuramēti tūc est piriū Si aūt omittaḳ ipe dolus in ope tūc vel erit quantū ad res et sic est fraus Vel erit q̄tuz ad ꝑsonas et sic est ꝓditio vt ꝑz de iuda q̄ p auariciā ꝓdidit xp̄m

Isidor⁹ aūt nouez ponit filias auaritie que sūt mendatiū fraus furtū piriū turpis lucri appetit⁹ falsū testimoniū violētia inhumanitas rapacitas Et sic apparet q̄ Isidor⁹ tres ponit filias auaricie quas etiā Gregl ponit et sex de q̄ b⁹ Gregl nullā facit mētionē Sz q̄ debite ꝯsidēat iste sex filie quas sic assignat Isidor⁹ reducunt q̄ cō ꝑhēdunt sb illis q̄s assignat Gregori⁹ Nā mēdatiū et falsū testimoniū q̄ ꝓprie nō differūt ab inuicem nisi sic̄ gen⁹ et spēs etiā falsū testimoniū nihil aliud est q̄z quedā specificatio mēdatiꝫ ꝯtinent sb fallacia sicut et furtū q̄ est q̄dā specificatio fraudis cōtinet sub fraude Appetit⁹ aūt turpis lucri pertinet ad inq̄tudinē et sub ea ꝯprehēditur Rapacitas aūt cū sit spēs violētie sub violētia ꝯtinet Inhūanitas ꝟo idē est ꝓprie q̄ indurationē misericordiā Est etiā notandū q̄ auaricia q̄ ꝓprie est immoderata cupido circa diuicias et spēalit pecunie ex eo q̄z p pecuniā oia alia habent q̄ recupant iuxta q̄d dicit pecūie obediūt oia dupliciṫ ꝑt ꝯsiderari Uno mō circa accep

tionē q̄ adq̄sitionez pecūiaz inq̄ntū scz aliq̄s pecuniā adq̄rit vltra debitū aliena surripiēdo vl̄ indebite retinēdo Et ꝟ mō opponit auaricia iusticie Alio mō ꝯsiderari pōt ꝓput importat immoderātiā circa interiores affectiones diuitiarū puta cū q̄s nimis amat vel desidēat diuicias aut nimis delectat in eis etiā si forsan nō velit capere aut retinē aliena Et ꝟ mō auaricia opponit liberalitati q̄ hmōi affectiones moderat Et licet vterq; istorū modoz ꝟ accipiat magis ꝓprie tñ auaricia scdo mō accipit Est etiā notādū q̄ ꝑbs in Etb multa ponit genera hominū viciosoz vicijs ad auariciā spectātib⁹ q̄ sb filiab⁹ sup̄ enūeratis nō vident cō prehēdi videlicz parcos tenaces. kinnibiles illiberales opationes operantes de meretricio pastos. furarios aleatorez. mortuorum spoliatorez latrōes Sed circa h tam pro iam dictis q̄z pro dicendis est aduertendum q̄ licet in cō muni vsu loquendi idez reputent aliquod peccatum esse filiam alicui⁹ alterius vicij seu peccati esse eius speciem est tamen magna differentia ita q̄ aliud ē peccatū habere filias et aliud peccatum habere species Species enim alicuius peccati seu vicij capitalis oportet semper ad idem genus vicij pertinere filias vero non imo ad finem alicuius vicij possunt etiam peccata alteri⁹ generis oz/

dinari et ex eo oriri Illa aũt pcca q̃ sic et alio oriũtur et ad ipm ordinanť ꝟm appetitũ finis. ꝓprie dicunť eiº filie. sic̃ gr̃a exẽpli in materia pñti Proditioꝝ fallacia ponũtur et debito filie auaricie. quia ex ipa oriũtur p̃cipue ꝟm appetitũ finis vt q̃ sez fit ꝓditio vl fallacia ad pecunias q̃ diuicias adq̃rendas Et tñ ꝓditio et fallacia per se ofiderate nõ sũt ꝓprie spẽs auaricie nec ꝓprie ad genº auaricie pertinẽt Ad ꝓpositũ igiť reuertendo illa q̃ (vt tactũ ẽ) ponit pbs. sunt magis spẽs auaricie quã illiberalitatẽ vocat. q̃z sint eiº filie licet tñ aliqui eoꝝ possint ad filias supra enũeratas reduci vt sub ipis effe/ctualiť oꝑhẽdanť. vtputa latrocinũ sub fraude. parcitas et tenacitas sub obduratiõe Cõtra miam eẽ sic ad auariciã ptinẽ videnť. ꝓt eñ aliq̃s illiberalis seu auarº dicit eo q̃ deficit in dando. Et siq̃dẽ qz paꝝ dat vocať parcº. si aũt qz nihil dat. tũc dicit tenax. si aũt qz cũ magna difficultate dat. tũc vocať kimibilis quasi kimi venditor qz. s. de paruis magnaz vim facit Quãq̃z eẽ dicit illibẽalis vl auarus qz excedit in accipiẽdo Et ꝟ iterũ dupliciter Uno mõ qz turpiter lucrať. vl sez vilia et ꝟilia opera per illiberales opatiões exercẽdo Uel qz de aliq̃bº viciosis actibus lucrať. sic̃ de meretricio vl aliquo hmõi Uel q̃a lucratur de eo qõ gratis debẽt cõcedẽ. sic̃ vsurarij Uel qz lucrať parũ cuz multo labore Alio mõ qz iniuste lucrať vel de viuis vim inferẽdo. sic̃ latrones. vel mortuos spoliãdo. vl ab amicis ꝑ deceptionẽ auferẽdo sic̃ aleatores Et intellige hec oia iuxť supra tacta q̃ñ. s. ex immoderato amore lucri fiũt seu ꝓcedũt Et sic patz ordinatia eoꝝ q̃ ponit pbs cũ illis q̃ ponit Gregl.

De vitio seu peccato gule

Nunc dicendũ est de vicio gule Que sic ꝟm Augl. describiť Gula est immoderata cibi auiditas Uel sic Gula est vorax edacitas. nature finiº nõ otenta Et ẽ aduertẽdũ q̃ gula non dicit seu denoiat quẽlibz appetitũ edendi vel bibẽdi ꝛ solũ inordinatum Qui ex eo inordinatum dr̃ q̃ recedit a debito ordine rõnis Nec viciũ gule in sba seu q̃ntitate cibi ꝓprie ofistit ꝛ in ocupiscẽtia non regrata rõne Et tõ si aliq̃s excedat in q̃ntitate cibi nõ ꝓpť ocupiscẽtiã ꝛ qz illõ sibi nẽcariũ eẽ existimat ꝟ nõ ptinz ad vitiũ gule. ꝛ ad aliq̃m impiciã ꝟz tũc ptinz ad gulã. q̃ñ aliq̃s ꝓpť ocupiam cibi delẽcabilis scienť excedit mẽsurã edẽdo Et ꝟ accipiť cibº eẽ ꝑ potu Nõndũ i/sup q̃ Gre. xxxi. li. moza. v. eẽ spẽs gule assignat sũ his ẏbis. Sciendũ ẽ qz q̃nq̃z nos modis viciũ gule tẽtat Aliq̃ñ nãq̃z idigentie opa ꝓuenit Aliq̃ñ ordinem tpis sequitur. sed cibos lautiores querit Aliq̃ñ etiam quemlibet et si sumenda

sint p̃pari accurati⁹ expetit Aliqñ aũt et q̃litati ciboꝝ et tpi ogruit. ꝫ in ipa q̃ntitate sumẽdi. mẽsuram ffectõis excedit Nõnũqꝫ ꝟoꝝ ab iecti⁹ ẽ qđ deliderat. et tñ ipo estu immẽsi deliderij oꝛteri⁹ peccat Et otinenť in ℔ ℣su Pre ꝑpere laute nimis ardenť studiose Quaruꝫ spẽrum nũer⁹ ꝙ sufficiẽtia sic sumi p̃t Gula vt dcm ẽ importat iozdi natã ocupiscẽtiã edẽdi In esu aũt duo ofideranť scz vť ipe cib⁹ qui sumiť. vel ipa ei⁹ sũptio Respcũ p mi. s. ipi⁹ cibi q̃ sũiť triplex p̃t ocu piscẽtie inozdinatio otingẽ scz vť q̃ntũ ad substãtiã cibi. vel q̃ntum ad q̃litatez cibi Vel quantum ad quãtitatez cibi Quãtuꝫ ad p̃muꝫ otingit concupiscẽtie inozdinatio qñ scz q̃runť cibi lauti. i. p̃cioſi Et tũc ẽ scđa spẽs sup̃'posita denota ta p illud ℣bũ versus supza posi/ ti. laute. Quãtũ ad zm otingit cõ cupiscẽtie deozdinatio qñ scz cibi nimis accurate et delitiose ꝑparã tur Et tũc est tertia spẽs sup̃ assi/ gnata. denotata p illud verbũ. stu dioſe. versus p̃noiati Quãtuꝫ ad tertiũ otingit ocupiscẽtie deozdi/ natio. qñ excediť in nimis omedẽ do Et tũc est q̃rta spẽs supza assi gnata. denotata p ℔ ℣buꝫ. nimis Respectu scđi mẽbri principal' scili cet ipi⁹ sũptiõis cibi. p̃t. dupliciter ocupiscẽtie inozdinatio otingẽ sci licz. vel q̃ntũ ad tẽp⁹ ipi⁹ sũptiõis vel q̃ntũ ad modũ Quãtũ ad pri mũ otingit cõcupiscẽtie inozdina

tio. qñ p̃uenit debitũ tẽp⁹ seu debi ta hoza omedẽdi Et tũc est p̃ma spẽs sup̃ assignata. denotata p ℔ ℣bũ. pre prope Quãtuꝫ ad scđm otingit ocupiscẽtie inozdinatio. s. qñ nõ ꝟuať debit⁹ mod⁹ in edẽdo Et tc̃ est q̃nta spẽs sup̃ assignata denotata p ℔ ℣bũ. ardẽter.

Notãdũ insup ꝙ Greg. xxxi. li moraliũ q̃nqꝫ assignat gule filias q̃ sunt. ꝛepta letitia. scurrilitas. im mũdicia. mlt̃iloq̃uꝫ. hebetudo sen sus circa intelligẽtiã Quaꝝ nũer⁹ seu sufficiẽtia sic sumi põt Gula vt supza tactũ est ꝑprie consistit circa immoderatã ocupiscẽtiã q̃ ẽ in e/ bis et potib⁹ Et ideo illa vicia q̃ ex imoderata ocupiscentia cibi et pot⁹ ꝺsequũtur seu oziunť. oputã/ tur inť filias gule Ipa aũt vicia q̃ ex immoderata ocupiscẽtia cibi et pot⁹ insurgũt seu oziunť. ofideran tur duplr Vel insurgũt ex pte aie vel insurgũt ex parte corpis Si in surgũt ex pte aie ℔ põt otingẽ q̃ duplr. s. vel p̃mo q̃tũ ad rõnez cui⁹ acies ex cibi et pot⁹ immod/ rãtia hebetať ꝑpter scz ciboꝝ et vini fumositates caput hois ptur bantes Et hinc ponitur filia gule ebetudo sensus seu mẽtis circa in/ telligẽtiã. ſic̃q ecõtrario abstinẽt ofert ad sapiẽtie p̃ceptionez Vel scđo q̃ntũ ad vim appetitiuaz seu appetitũ. q̃ sopito gubernaculo rõ nis per ipaz cibi et pot⁹ immode rantiã multiplicať deozdinať et in varias trãsit dissolutiões Et hinc

ponitur inepta letitia filia gule.ex eo ꝙ oēs inordinate passiōes ad letitiā et tristiciā ordinant vt dicit pbs Ii tertio q̄ntū ad inordinationē discretiōis circa debituz modū ꝓferēdi verba.q̄ frequētissime ex immoderātia cibi ꝙ pot⁹ contingit Et hinc multiloq̄um assignat filia gule Iuxta qđ dicit Gregor in pastorali Nisi gule deditos immoderata loq̄citas comitaret diues ille q̄ epulat⁹ q̄tidie splēdide dicit in lingua grauī⁹ non arderet Vel q̄rto q̄ntū ad inordinationē discretiōis circa gust⁹ et act⁹ exteriores Nā sicut ex immoderātia cibi ꝙ potus ꝓuenit in ipa discretione defectus q inordinatio circa debitā et moderatā ꝓlationē ẏborū.ita similiter ꝓuenit in ipa discretiōe deordinatio circa exteriores gestus Et hinc pōitur scurrilitas filia gule q̄ est quedā vana iocularitas q̄rens homines ad risū et oplacētiaz cōmouere.ex defectu discretiōis seu debite ꝓuisiōis ꝓueniēs Quātuz aūt respectu sc̄i mēbri ꝓncipalis de vicijs scz q̄ ex ꝑte corpis insurgūt.certū ē ꝙ ex ipa inordinata q immoderata cibi et pot⁹ ocupiscētia et sūptiōe frequētissime sequuntur emissiones inhōeste superfluitatū Et hinc ē ꝙ immūdicia ponitur filia gule

De emissione seminis

Est tñ aduertēdū ꝙ si ex ipa superfluitate cibi et pot⁹ ottingat emissio superfluitatū ꝑ modū seminis naturalis.tūc immūdicia licet etiā ad gulā ꝓtinē videatur in q̄ntuz scz materiam ministrat.magis ꝓprie tñ ꝓtinet ad pccm libidinis seu luxurie Si ottingat emissio aliaz superfluitatū.vt vomit⁹ et vacuationū fetidarū ꝙ hmōi.tūc immūdicia ꝓprie ad vicīū gule pertinet Est etiā aduertēdū ꝙ hebetudo q̄ntū ad eligibilia nō est ꝓprie filia gule.imo cōiter in omni pccō inuenit Sz hebetudo sensus circa speculabilia maxime etiaz ex gula ꝓuenit ꝓpter rōnem iam tactā scz ꝓpter fumositates caput ꝓturbantes.et tūc ꝓprie est filia gule Similiter letitia q̄ est de actu pccī iuxta illud ꝓuerbioz.ij.capo letant cū malefecerint.et q̄ ꝓprie ex habitu peccādi ꝓcedit non est filia gule. imo ad omne pccm oseqū ꝑt Sed illa letitia q̄ est vaga dissoluta q incōposita qđ importat ẏ verbuz inepta.ꝓmaxime orit ex inordinata sūptione cibi et pot⁹.et isto mō assignat filia gule Sicut est quedā scurrilitas q̄ ex volūtate seu appetitu luxurie.q q̄dā ex appetitu inordinato lucri seu pecunie procedit. dū scz q̄rit ꝑsona ꝑ q̄ndā vanam iocularitatē ad risū seu oplacētiā ꝓmoueri.vel ad ipaz facilius ad actū venereū ꝓmouēdū. vt ad alia q̄ omodi ab ea osequēdū.et istis modis magis ꝓtinēt ad illa vicia scz luxurie et auaricie Ex illa scurrilitas q̄ ex immoderata ocupiscētia et sūptiōe cibi et pot⁹ procedit

iuxta modū satis supᵃ declaratū ē
xpie filia gule

De vicio seu peccato luxurie

Sequitur de luxuria que sic describit Luxuria ē ex immūdis desideriis veniens lubrica mentis et carnis pstitutio Scōm alios sic describit Luxuria ē libidiose voluptatis appetitᵘ Et intelligas hūc libidinosū appetitū qñ est ex defectu rōnis. sic scz ꝙ ipa rō cū cohibē posset. nō tñ cohibet qz tūc talis libidinosus appetitus ē pcēm mortale Adhuc ꝑm alios sic describit Luxuria est corpis incontinētia. ex pruritu carnis originē trahēs Notandū ꝙ sic sepe supdcm ē. magna differētia ē ponere aliqō pcēm filiaz alteriᵘ vicij et illud ponē eiᵘ ipēm Qd manifeste apparet in isto vicio seu pcō luxurie Naz vt clare videbitur istud viciū aliq habz pcā tanq filias ea scz q ex eo oriunt ꝑm precipue appetitū finis Licz tñ ꝑm xpiū eē ad ipm viciū nō. ptineāt habz eē spēs q xpie ad ipm luxurie viciū ptinēt Octo igit ꝑm Gregl. xxxi li. moraliū assignant filie luxurie. s. Cecitas mētis. incōsideratio. incō stācia precipitatio. amor sui. odiū dei. affectᵘ pnīs seculi. horror seu desperatio futuri Quaz nūerᵘ seu sufficiētia sic sumi pt Certuz est ꝙ ꝑm doctrinā phoz qñ inferiores anime vires seu potētie ad sua ve

hemēt obiecta afficiunt et se applicāt. dsequēs est ꝙ supiores aie vires in suis actib⁹ impediant seu deordinant Maxime aūt p viciuz luxurie appetitᵘ ocupiscibilis q̄ est vna de inferioribus potētijs aie vehemēt afficit q intēdit suo obiecto scz delectabili venereo. xpter suā scz vehemētiam delectationis Et q̄ dsequēs est et cōiter otingit ꝙ maxime p ocupiscētiaz luxurie. rō et volūtas q̄ sunt supiores aie vires impediunt seu deordinātur Ratiōis aūt q̄tuor sūt actᵘ in agē dis Primᵘ q̄dē actᵘ ē simplex intelligentia q̄ ipa rō aliquē finē apprehendit vt bonū Et hic actᵘ p concupiscētiaz luxurie impedit Juxta illud Dañ. xiij. Spēs decepit te. Et illud Concupiscētia subuertit cor tuū Et q̄ntuz ad ꝟ ponit filia luxurie cecitas mentis Secōs actᵘ rōnis est cōsiliū de his q̄ sūt agenda xpē finē. et ꝟ etiā actᵘ p cōcupiscentiā luxurie impedit. Et q̄ntum ad ꝟ ponit filia luxurie precipitatio q̄ put hic sumit importat subtractionē dsilij. qñ scz hō ex luxurie vehemētia p impetū voluntatis seu passiōis. nō adhibito dsilio ad aliq̄d agēdū subito q inordinate ferē Tertiᵘ actᵘ rōnis ē rectū iudicium de agēdis Et hic etiā actᵘ p ocupiscētiā luxurie impedit Ut de senibus luxuriosis dicitur Dañ. xiij. Duerterūt sensū suū vt non recordarent iudicioz iusto Et q̄ntū ad ꝟ ponit filia luxurie. incōsidera

tio.que ꝑut hic sumitur importat defectū recti iudicij.qñ scz hō ex luxurie vehemētia. in recte iudicando deficit.qz.s.otēnit vel negligit attēdē ea ex qb⁹ rectū iudiciū ꝓcedit Quart⁹ aūt rōnis act⁹ est ꝑceptū qđ ipa rō facit de aliq̄o agendo Et iste etiā act⁹ p ocupiscētiaz luxurie impedit.in q̄ntū scz hō ex impetu ipi⁹ ocupiscētie impedit ne exequat illđ qđ rō decēnit eē faciēdū Et ꝑm h̄ ponit filia luxurie inconstātia.q̄.put hic sumit importat recessū a bono proposito q cepto. ꝓpter aliq̄d qđ inordinate placet qđ maxime causat vehemētia luxurie.p quā hō trahit ad repudiādū qđ recte ꝑus acceptauerat.qđ ex sui defectu venit.qz cū posset illi impulsui luxurie resistē nō resistit eo scz g nō tenet firmit q ostāter se in bono Explogatio Ita cōcepto g cecitas mētis est defect⁹ circa actum simplicis intelligentie Precipitatio est defect⁹ circa actum cōsilij Inconsideratio est defect⁹ circa actū iudicij Inconstantia est defect⁹ circa actū ꝑcepti Qui sūt q̄tuor ꝓncipales act⁹ rōnis circa agibilia q̄ maxime p delectationē q̄ in actib⁹ venereis est q̄ totā animā absorbet impediunt vt tactū est Ex parte aūt volūtatis dupler est act⁹ quē p cōcupiscētiā luxurie deordinari cōtingit De filia luxurie respectu vni⁹ act⁹ Un⁹ est appetit⁹ finis Et q̄ntū ad hui⁹ act⁹ deordinatio nem ponitur filia luxurie.amor sui Inq̄ntū scz hō ꝑ venerea delectatiōe quā inordinate appetit et odipiscit se ipm inordinate diligit. q ea que ad dictā delectationē seu complacētiā oferūt sibi ꝓcurat q q̄rit De alia filia respectu eiusdem act⁹ Et p oppositū respectu ipi⁹ met act⁹ volūtatis ponit alia filia luxurie.odiū dei Qđ importat q̄ndā dei ac suoz mandatoz in aio displicētiā et otemptū.in q̄ntū scz ipam delectationē venereā sic ocupitā nō ꝓhibet De alia filia respectu alteri⁹ act⁹ Alt⁹ act⁹ volūtatis est appetit⁹ eoz q̄ sūt ad finē Et q̄ntū ad hui⁹ act⁹ deordinationem ponit filia luxurie.affect⁹ presentis seculi In q̄ntū scz hō ꝑ ampli⁹ q diuti⁹ venerea delectatione ad sui libitū fruēdo pñs seculū et ea q̄ in eo sūt inordinate diligit et in eis oplacet Alia filia ex eodē actu Et p oppositū respectu ist⁹ius met actus ponitur alia filia luxurie.desperatio futuri seculi Quia dū hō vt ꝑfert nimis delectationibus carnalib⁹ detinet nō curat ad delectatiōes spūales que ꝓprie ad gaudia futuri seculi ptinent et disponūt puenire.imo eas fastidit q q̄dāmō despat Est tñ aduertē dū g Isidor⁹ q̄tuor ponit ex ipa luxuria oriētia.q̄ sub p̄dictis filiabus oph̄endi nō vident. scz turpiloq̄a.verba scurrilia.ɣba ludicra stultiloquia Sed qui bñ cōsiderat p̄dicta q̄tuor sub p̄cedentib⁹ cōti

nenť Nā ipa ḡtuor q̄ sic ponit Jsi dor⁹ nō sūt nisi q̄dā iordinati act⁹ exteriores.et adhuc p̄cipue ad locutōnē ptinētes.que ex ipa vi ocupiscētie luxurie oriunť Jn q̄ locutione pōt ex vi ip⁹ luxurie aliq̄s iordinatū eē q̄druplicit vel ꝓpter materiā.vel ex pte cause.vel q̄ntū ad finē.vl q̄ntū ad ſñiaz Ibi q̄ntū ad materiā tūc sūt turpiloq̄a Cū ei ex abūdātia cordis os loquit̄.luxuriosus cui⁹ cor turpib⁹ ocupiscentijs est plenum de facili in turpia verba ꝓrūpit.qđ ꝓprie ptinet ad inconsideratione Ex pte vo cause Cū vt dictū est ocupiscentia luxurie maxime inconsiderationē q̄ p̄citationē causet.cōsequēs est q̄ p rūpere faciat in verba leuit̄ et inconsiderate dicta.q̄ scurrilia dicunť Quātū vero ad finē Cū luxuriosⁿ ex vi sue ocupiscētie delectationez q̄rat.osequēs est vt verba sua ad immoderatā delectationē ordinet et sic in verba ludicra ꝓrūpat.q̄ ꝓprie ioculatoria dicunť ad luxuriā maxime ptinentia Qđ ꝓprie ad amorē sui ptinere videť Quātū vero ad ſñiam seu grauitatē vbo rū.cū cōcupiscentia luxurie inconsiderationē mētis q̄ndā causet.consequēs est q̄ rectū iudiciū debitā q̄z grauitatez in verbis impediat ex quo fit vt luxuriosⁿ in stultiloq̄a ꝓrūpat. vtpote verbis suis delectationes q̄s appetit.q̄buscūq̄z aliis reb⁹ p̄ferēs seu p̄ponēs Quo hic capiť amor sui Est etiaz ad

uertēdū q̄ amor sui nō capiť hic sub q̄dā sui generalitate. q̄ntū scz se extendit ad quecūq̄z bona que aliq̄s sibi ipi appetit .q̄ isto respectu amor sui nō ē filia luxurie.imo cōmune oim pcc̄oz ꝓncipiū Sed capiť hic q̄dā spēali acceptiōe seu osideratiōe Jn q̄ntū scz aliq̄s ꝓpť suā oplacētiā et delectationē iordinate appetit et ocupiscit delectabilia carnis venerea.et tūc est propie filia luxurie Siliter inconstantia in q̄ntū opponit cōstantie.ꝓut ipa ostātia ē pars fortitudinis.q̄ circa ardua et terribilia versatur nō est filia luxurie Sed hic ponit filia luxurie in q̄ntū opponit ostētie q̄ habeť in abstinēdo a delectationib⁹ venereis. q̄ ꝓprie ptinet ad otinētiā.que ponit pars tpantie Et isto mō inconstātia ponit ꝓprie filia luxurie.in q̄ntū scz ex ip⁹ luxurie ocupiscētia oriť et causať.et p eā emollit̄ cor hominis q̄ effeminatum reddit̄ Et ita de aliis sup̄ tactis suo mō Quia vt sup̄ tactū est non refert aliq̄ vicia ex vno vicio oriri ꝑm appetitū finis.et eadē vicia ad genera aliox vicioz ptinē Species vero luxurie cōiter assignanť septē.scz simplex fornicatio.stupri.adulterij.sacrilegij.incest⁹.rapt⁹.pc̄m contra naturam Quarū ispērum nūerus seu sufficiētia sic sumi pt Peccatū luxurie in hoc ꝓprie obstit.q̄ aliq̄s delectatione venerea vtť nō ꝑm rectā rōnem et debitū modū Quod q̄dez

ōtingere ꝑt ꝺuplicit Uno modo
reſpectu materie in qua hmōi ꝺe/
lectatio ꝙrit ſeu ſumit ꝓut in ea ê
ꝺeoꝛꝺinatio Alio mō reſpcu ipi⁹
materie ꝙ licet ꝺebita exiſtat. non
ꝺuaꝝ tñ circa eam ꝺebite circūſtā
tie Et qꝛ circūſtātia ꝺe ſe in ꝙntuz
ſcz circūſtātia no⁹ ꝺat ſeu imponit
ſpēm actui moꝛali. ꝺeo ei⁹ ſpēs
nō cōiter a circūſtātijs imo ſumit
ab obiecto.qꝺ eſt materia actus
ideo oportuit ſpēs luxurie aſſigna
ri a ꝑte materie ſeu obiecti.in ha
bēꝺo ſcz reſpectū aꝺ ipam materi
am vel obiectū Circa ipaz aūt ma
teriā in ꝙ exerceꝝ act⁹ venere⁹ pōt
aliqꝺ nō ꝺuenire recte rōni ꝺupl̄r
Primo mō reſpectu ꝑtie eſſe ipſi⁹
materie ſcz recipientis que ꝑtie
in actu venereo ꝓ materia re
putaꝝ et recipiꝝ in quantū ſcz ipa
materia repugnātiā habz aꝺ finē
ꝺebitū. ꝑter quē act⁹ venere⁹ exer
ceri ꝺebz.eo ſcz ꝙ ꝑ eā impeꝺitur
generatio ꝓlis.et tūc eſt vna ſpe/
ciex luxurie.ſcz pcēm contra natu
rā.qꝺ hic accipiꝝ ſeu ſumit ꝑ oīm
actu venereo.ex ꝙ nō pōt genera
tio humana ſeq Uel in ꝙntū ipſa
materia repugnantiā habz aꝺ ꝺe
bitam eꝺucationē.ꝺirectionē.q ꝑ/
motionē ꝓlis iaz nate in ꝙntū.ſcz
ꝑ eā impeꝺiꝝ ꝺebit⁹ oꝛꝺo eꝺuca/
tionis ꝺirectiōis et ꝓmotiōis ipſi
us ꝓlis ſuſcepte.q tūc eſt alia ſpe
cies luxurie.ſcz ſimpler fornicatio
Scꝺo mō in ꝙntū ipa materia in
qua exerceꝝ act⁹ venere⁹ pōt eſſe
nō ꝺueniens recte rōni Nō ꝙꝺē ex
eē ſui ſeu ꝺe ꝺirecto.ꝫ ꝑ quēꝺā in/
ꝺirectū reſpectū eoꝝ ꝙ circa ipaz
materiā fiūt.tā in ſe ꝙꝫ in ꝺpatio/
ne aꝺ alios homines Et ꝫ iteruz
pōt ōtingē ꝺuplicit Quia aut ꝑ
ꝺicto actu venēo cōmittēꝺo et exer
ꝺo nō iferꝝ violētia Et ꝫ itez ōtin
gere pōt ꝺuplicit Primo ꝙꝺē mō
ex ꝑte ipi⁹ materie ſcz femine .cui
aliqꝫ omiſceꝝ qꝛ ſcz nō ꝺuaꝝ ei ꝺe
bit⁹ et ꝺgru⁹ honoꝛ.et tūc eſt alia
ſpēs luxurie ſcz inceſt⁹ qui ē ꝺcubi
tus cū cōſanguinea vl affine.in ꝙ
ipi⁹ fcie tā reſpectu ſui ſueqz fame
ac nominis.qꝫ in reſpectu ſue ꝓ
geniei honoꝛificētia qꝫplurimū le
ꝺiꝝ ex ꝙ apparet ꝙ gꝛaui⁹ ſit pcēz
inceſt⁹ qꝫ pcēm ſimplicis fornicati
onis Alio mō ex ꝑte illi⁹ in cuius
poteſtate ē ipa femina. Et ꝫ iterū
tripliciť Uel reſpectu femine que
eſt in ptāte viri.et tūc eſt alia ſpēs
luxurie ſcz aꝺulteriū.qꝺ cōmittiť
cū violatione matrimonij Aut re
ſpectu femine ꝙ eſt in ptāte pr̄is.q
tūc eſt ſtupꝝ qꝺ omittiť in ꝺeflo
rāꝺo et coꝛrūpēꝺo virginē ꝙ cōi/
ter i ptāte pr̄is ꝺiſtit Aut reſpcu
femine in ſpeciali.vt ita ꝺicaꝝ ꝺei
ptāte exñtis .tanqꝫ ſcz ſuo cultui
et ꝺuicio ſpēaliť ꝺeputate q ꝺeꝺi
cate.et tūc eſt alia ſpēs luxurie ſcz
ſacrilegiū.qꝺ omittiť cū ꝓſona re
ligioſa et ꝺeo ſacrata Et aꝺuerta

tur hic p intellectu pmissoꝝ q̃ species sup̃ dce luxurie magis ex pte femine diuersificari ponunt. q̃z ex parte viri. qz in actu venereo femina se habet q̃si patiẽs et p modum materie. vir aũt p modum agẽtis Et vt sup̃ tactũ ẽ spẽs luxurie nõ pñt oenient nisi ꝑm dr̃am seu diuersitatẽ materie assignari Quia diuersitas materie habz ãnexã diuersitatẽ formalẽ obiecti q̃ accipit ꝑm diuersos modos repugnãtie ad rectaz rõnẽ debitũq̃z ordinẽ et modũ q̃ in actib⁹ venereis omittunt Est etiã aduertẽdũ q̃ licz i sup̃ scripta spẽruz luxurie assignatiõe meretriciũ nõ trãsiẽs in grauiorẽ spẽm intelligatur sub simplici fornicatiõe oprehẽsũ. aliq̃ tñ inter ipa duo realẽ dr̃am assignãt dicẽtes fornicationẽ simplicẽ eẽ soluti cũ soluta q̃dã mõ sibi inuicẽ determinate associatis et appropriatis Meretriciũ ꝛo duplicit fieri dicũt Uno mõ p vagã libidinẽ hinciñ cũ diuersis. nũc cũ ista nũc cũ alia peccando Alio mõ cũ publice venali ocubendo Est etiaz aduertendũ q̃ aliq̃ nõ ponũt sacrilegiũ de p se ꝓpriam spẽm luxurie. qz vt dicũt nõ ꝓprie de se ptinet ad luxuriã ꝑm se ipaz Dz solũ possz poni eiꝰ spẽs in q̃ntũ ordinaret ad finẽ ipiꝰ Dz nec adhuc ponũt tẽ ipz sacrilegiũ spẽm determinataz luxurie qz vt dicũt pt ocurrẽ cũ diuersis aliaꝝ spẽrum luxurie sup̃ tactarũ vt gr̃a exempli Si q̃s abutat̃ pso

na sibi ꝑm spũalẽ ognationẽ contũctã. cõmittit sacrilegiũ p modũ incestꝰ seu quẽdam spũalẽ incestũ Si aũt abutat̃ deo sacrata tũc eo respectu q̃ est sponsa xp̃i omittit sacrilegiũ p modum adulterij seu q̃dam spũale adulteriũ Eo ꝛo respectu q̃ ẽ sub spũali p̃is cura ptãte. cõmittit sacrilegiũ p modũ stupri seu q̃dã spũale stupũ Et si violentia inferat̃ omittet̃ sacrilegiũ p modũ raptꝰ seu q̃daz spũalis raptꝰ. q̃ grauissime etiaz in solo conatu p leges ciuiles punitur Cõmunior tñ vsusq̃ opinio habz q̃ sacrilegium ponit̃ determinata spẽs luxurie et omittitur vt supra declaratũ est

Et etiã aduertẽdum q̃ pcti cõtra naturã quatuor cõiter spẽs seu modi assignant̃ Primꝰ est qñ absq̃ oñi ocubitu causa delectationis veneree pollutio ꝓcurat̃ Et vocatur ꝓprie mollicies. ptinetq̃ ad pcm immũdicie veneree seu lubricose Secꝰs modꝰ est si fiat p cõcubitũ ad rẽ nõ eiusdẽ speciei Et vocat̃ ꝓprie bestialitas Tercꝰ modus est si fiat ocubitꝰ ad rem eiusdẽ speciei ꝛ nõ ad debituz sexũ. vt puta masculi ad masculũ vel femine ad feminã Et vocat̃ ꝓprie peccatũ zodomiticũ Quartꝰ modus est si fiat ocubitꝰ ad rem eiusdem speciei ꝛ debiti sexꝰ. ꝛ nõ fiat in debito instrumẽto. vel alias fiat mõstruosa q̃dam deordinatio ꝛ vilitas in modis cõcubendi

Est etiã aduertẽdũ q; ocubitus oiugalis ꝑm aliq̃s circũstancias ꝑt fieri cũ pcco vel mortali vel veniali Et cõiter dr̃ ocubitus assignat triplex mod⁹ scz licit⁹ fragilis. impetuosus Licit⁹ itez fit triplicit scz vel causa ꝓlis sucipiẽde ad honorẽ dei et cultũ Vel cã reddendi debitũ. dum exigit Vel causa fornicatiõis vitãde. nõ q̃dẽ in se ꝫ in oiuge Prim⁹ est pietatis. scd̃s est iusticie. tert⁹ ẽ cautele Et in his nullum dicit esse pccm Fragilis est qñ fit causa delectatiõis Et tunc distinguit Quia si amor illi⁹ delectationis sit ita feruẽs q; ꝓponat deo. tunc ẽ pccm mortale Si vero nõ ꝓponat deo. tũc ẽ peccatũ veniale Quinq; modis fit ocubit⁹ impetuosus Impetuos⁹ est q; ex sola libidine ꝓueniẽs metas rationis et honestatis trãscendit. q̃dõ fit q̃nq; modis Primo mõ ꝑ q̃sdã meretricias blãdicias. ad magis exaturandã libidinẽ Secũdo mõ qñ fit otra naturalẽ modum Tertio mõ qñ fit tpe ꝓhibito vt magnaz solẽnitatũ eccie et vigiliaz Quarto mõ qñ fit in loco ꝓhibito. vtputa eccia vel cimiterio. 7⁹ mõ cuz ad pregnãtẽ partui vicinã. vel ad eã q; in fluxu mẽstruoso ẽ accedit

Quõ ex spẽb⁹ 7 filiab⁹ septez viciozuz capitaliũ alia etiam peccata oriantur

Generalit aũt circa põcas tã filiaz q̃z specierũ omniũ sup dictoz septẽ vicioz seu pccorum capitaliũ assignatiões 7 declarationes Notãdũ est q; licet cuilibz p̃dictoz vicioz nõ sint assignate nisi filie et spẽs supza dicte declarate. qõ non alit fieri debuit. qz vt sepe sup̃ tactuz est. nulli vicio capitali debẽt pcca alia q̃cũq; ꝑ filias b⁹ aut spẽb⁹ assignari. nisi illa que ꝑm pcipue appetitũ finis cuuslibz vicij ꝓmarie et magis ꝓncipaliter ex eo oriunt et descendũt. vel que ad ip̃i⁹ vicij gen⁹ et naturã magis immediate ꝑtinẽt. sunt tñ alia pccata ex ip̃is septẽ vicijs capitalibus oriẽtia. et ad gen⁹ seu naturã eoz ꝑtinẽtia. q̃ tñ nec tanq̃z filie. nec tanq̃z spẽs eoz assignãtur. ex eo qz nõ ꝓmarie et ꝓncipaliter ex eis oriunt et descendũt. nec ita immediate ad ea ꝑtinẽt imo magis ꝓprie ex ip̃is filiab⁹ vel spẽb⁹ suis oriũtur et descendũt Ita q; ꝓprie loquẽdo pñt magis dici ramusculi orientes ex ꝓncipalibus ramis ip̃oz septẽ vicioz capitaliũ. ex q̃bus iterũ ramusculis q̃ debite exq̃rere voluerit repiet virgulas alias seu folia iterũ nascẽtia ꝑm q̃litates ꝑsonarũ circũstãtiasq; modoz faciẽdi nec non tẽpoz̃ ac loc̃oz Ut gr̃a exẽpli Ex inobedientia q̃ ponit ꝓma filia inanis gl̃e nascit seu ꝓcedit rebellio Ex iactãtia q̃ ponit alia ip̃i⁹ inanis gl̃e filia. nascit seu ꝓcedit fast⁹ 7 põpositas. taz gestuũ q̃z vestiũ q̃z hmõi pluriũ Ex discordia q̃ ponit alia

filia' inanis glozie nascit seu ꝓce/
dit scisma q bellũ Et itez ex bello
homicidia.mutilatões.incarcera
tiones et hmõi Ex otumelia que
ponit filia ire nascitur seu ꝓcedit
subsãnatio.deriſio. maledictio .et
sic de plurib⁹ alijs que ꝓmptũ est
repire.q̃ omnia ognoscẽ nõ est in
utile.imo expediẽs ꝑmaxime curã
aiaꝝ hñtib⁹ ac alijs viris lr̃atis.vt
magis ꝑpendẽ et attendẽ possint
ꝓprias radices et ozigines singu
lozũ pcozũ Et sic facili⁹ et melius
tã in respectu sui q̃ respectu eozũ
quos in ofessiõib⁹ audiũt possint
tentatiõib⁹ resistere.radices q̃ ea
rũ ꝑncipales ac fomẽta euellere et
dissipare Et ista hic ad longũ de/
clarare non patit intenta hui⁹ tra/
ctatuli compẽdiosa breuitas. Qui
vero ampliora ac magis ꝑticula
ria videre voluerit.recurrat vtiã
supra tactũ est.ad scõaz scõe bea/
ti Thom. necnõ ad illã sũmam no
tabilẽ de vicijs.q̃ a nõ nulli sũma
regis nũcupatur

Qñ non sẽp vicia seu pcã
capitalia eorũ q̃
filie et spẽs pcã mõrlia existũt

Est tñ circa supẽ dictam se
ptez pcoꝝ seu viciozꝝ ca/
pitalium declarationẽ ad
uertendũ.q̃ licet ipa septem vicia
capitalia cũ suis filiab⁹ q spẽb⁹ su
pra ctiã specificatis ꝑ pcis mor
talib⁹ assignent.et frequẽti⁹ in na
turã et actũ pcẽi mortalis transe/
ant Non tñ sp pcã mortalia exi/
stunt.imo nõnũq̃ ꝑm aliq̃s circũ
stantias et q̃litates omitti possũt
q̃ nõ nisi pcã venialia sũt Et licz
per nõnullos istud ample declara
tũ sit.et spẽaliter bñ. diffuse. et ele
gant per beatũ Thom̃.scõa scõe
sue sũme ex q̃ multa in hoc octauo
tractatulo dcozũ sũpta sũt.ac etiã
bñ et succincte in q̃dam solẽni tra
ctatu.qui opendiũ theologie nun
cupat.cui⁹ iniciũ veritatis theolo
gie sublimitas.ad quos attenta
breuitate hui⁹ dicti tractatuli.rati
onabilit vẽiebat faciẽda remissio
Tñ q̃ nõ omnes libros hñt inter/
dũq̃ nõ facile ab aliq̃b⁹ reperiunt
ne omnino istud qõ poterit ꝺsciẽ
tias plurimoꝝ a multiplicib⁹ scru
pulis relcuare hic indeterminatũ
ꝑteriret .expediẽs visũ est ac con/
gruũ hic aliq̃ mõ explicare.et pro
maiozi ꝑte dicẽdozũ iuxta effectũ
eozũ q̃ circa ꝺ in supza dicto opẽ
dio theologie ponunt Et qui in
simili .vt supza dcm est ampliora
et spẽaliora videre voluẽrit.ad ali
os doctozes specialiter ad ipsam
scõam scõe beati Thom̃.recurrat

Quando superbia sit pcm
mortale.

Procedendo.igit iuxta or
dinẽ ceptũ hui⁹ tractatuli
ꝑm quẽ insequẽdo beatus
Gregl.sit distinctio inter superbiam
et vanã gloriam.est sciendũ q̃ sup
bia ꝓut accipit hic ponit regina
et mater omniũ viciozũ cũ suis q̃/
tuoz spẽbus.quas etiaz vt supẽ ta/

ctū est ponit Gregl.ē de suo genē pcēm mortale.qz est inordinat⁹ et peruersus appetitus ꝓprie excellē tie.sibi indebite attribuēs que nō habz.vel alio mō et intentione q̄z habeat Que oīa tñ intelligenda sūt qñ ex deliberato iudicio seu cō sensu rōnis ꝓcedūt

Quādo vana gloria sit pcēm mortale

Vana gloria ex suo genē ē veniale peccatum.quia genus operis scz mortale sumitur ex obiecto Uanū aūt ꝑm se non est obiectuz mortalis peccati venialis Uñ cū vana laus sit b⁹ peccati obiectū patet ꝙ nō sp va na gloria est mortale peccatū Sz alīs respectibus est vana gloria mortale peccatum.qđ dupliciter contingere potest Uno mō ratione finis ꝓpter quē laus ipsa appetitur.opus namq; tale est.quale est illud ꝓpter quod appetitur Alio modo ratione operis in se in quo laus ipsa queritur Circa primū modū aduertendū ē ꝙ q̄druplici fine laus appeti potest Primo ad vitandū malū infamie.qđ potest hō per suspicionē vel detractionē alioz aut alias incurrere.sic̄ samuel se lau dauit primo regum Scđo ꝓpter vtilitatē aliquā spūalem .vt esset gloria dei vel edificatio ꝓximorum sicut Paul⁹ se cōmendauit Tertio ꝓpter lucrum auaricie.vel aliquem alium finem seu actū peccati mortalis sicut pharizei q̄ deuorabant domos viduaruz simulantes lōgam orationē Ut habet Matħ.xxiij Quarto propter aliquem finem seu actum venialis peccati sicut quando quis laudari appetit eo ꝙ vane in laude delectatur Primum est prouidentie.secundum est charitatis. tertium est mortale peccatum Et idem intelligendum est de omni ope et actu cuius finis qui principaliter intenditur est mortale peccatum. quartum est veniale si illa delectatio q̄ in laude habetur sit venialis

Circa secđm modū.ratione scilicet operis propter quod ipsa laus queritur est aduertēdū ꝙ tria sunt genera operum per q̄ laus ipsa queri potest Uel ei sūt opa illicita vł sē opa virtuosa Ut sunt opera indifferentia Si per ꝓma opera scilicet illicita queritur laus. tūc vana gloria est tale peccatum quale est illud opus illicitū per qđ queritur Nam si illud op⁹ illicitum sit mortale. tūc vana gloria erit mortalis Si sit vēiale tūc vana gloria erit venialis Si q̄ratur laus per secunda opera scz virtuosa.hoc iterum potest cōtingere dupliciter Quia vel appetit⁹ laudis adūgit seu supuenit operi ⁊tuoso tāq̄ incidēs ⁊ nō ꝓncipaliter intentus .sicut sepe in cantu .et aliquando imo frequenter in predicatione alīs q̄ sanctis operib⁹ Et tunc vana gloria non est nisi peccatum veniale Uel ipsa laus finis ꝓncipaliter intentus in opere

virtuoso ipsi qz actui virtuoso pre/
stitus ita ꝙ illud opus virtuosum
operans ibi constituit finem vl/
timū sui opis Et sic est vana gla
pcēm mortale qz tūc inhereꝫ ei vt
fini vltimo Circa qđ adhuc aduer
tendū ē ꝙ maiꝰ est pcēm glari de
bonis spūalibꝰ qz de bonis tpali
bus. qz bona spūalia minꝰ hñt mo
tiuū vānitatis et vane delcationis
eo ꝙ minꝰ apparēt ab eꝝ qz tpa/
lia ¶ Si q̄raꝫ laus p ēcia opa. s.
indifferētia vt est hre diuicias vel
vestes pciosas. tūc si illa opa vl/
teriꝰ nō ꝓgrediaꝫ in deteriꝰ. nisi ꝑ
solā laudē hñdā. vana gla nō erit
nisi veniale pcēm Si aūt talia ope
ra vltra in deteriꝰ ꝓgrediaꝫ de
seqz ordinata vt sint occasio mor
talis pcī. vtputa qñ mulier orna
tu meretriceo ad alliciendos ho
mines animas qz capiēdas se pre
parat. vl sint illa opa de se indiffe
rentia ex phibitiōe supioris effca
illicita vt torneamēta ꝯ hmōi. et
tūc vana gloria est pcēm mortale

Quando inuidia sit peccatū
mortale. et qñ nō

Inuidia ex suo genē est peccatum
mortale Cū em̄ inuidia ꝓut in su/
periorib⁹ dām est sit dolor de feli
citate seu bono alteriꝰ. gauduz qz
de malo alieno. clarū ē ꝙ directe
otrariaꝫ charitati. vt ꝑma ad cor
riij. Charitati aūt nihil ē otrariuz
qđ nō sit pcēm mortale ¶ Est tñ
aduertēdū ꝙ interdū illud pcēm
qđ ex suo genē est mortale. ꝑt ꝑm

aliqs sui q̄litates solū esse veniale
Vtputa qñ in solo ꝑmo motu cō
sistit Vel ꝓcer aliqm aliā intētio
nē extra suā rōnē trahit ¶ Pro q̄
sciendū est ꝙ q̄druplicit pōt do/
lor de alieno bono homini acci/
dere Primo mō ꝓut est ꝑmo ꝑmꝰ
motꝰ ex natura ꝓueniens. q̄ inter/
dū etiā ex ipiꝰ nature corruptiōe
in aliqbꝰ plꝰ et frequentiꝰ ꝓuenit
Sūt em̄ aliq ex sue corruptiōe in/
ordinate nature magis proni ad
motꝰ inuidie qz alij. vt in silꝫ est vi/
dere inter diuersos canes Et iste
dolor seu motꝰ inuidie nullo mō ē
pcēm. qz tales motꝰ ꝑmo ꝑmi nō
sūt in ptāte nra Et ita intelligēdū
est respectu quorūcūqz aliorū vici
orum seu peccatoꝝ de omnibꝰ pri
mo primis motibꝰ naturalibꝰ. vbi
tñ delectatio seu ꝺsensus nō se ad/
iūgerit. qz tūc posset in pcēm vl ve
niale vel mortale trāsire ¶ Secū/
do modo potest ille dolor seu tri/
stitia de bono alieno esse. scđo pri
mus motus. quando scz fit in sen/
sualitate sine tamen completa deli
beratione. etiam si tali dolore seu
passione afficitur. quod ꝓprie con
tingit quando ille scđo primꝰ mo
tus non ita cito ab inicio remoue
tur sicut posset. remouetur tamen
ante plenum consensum. imo quo/
dām̄ displicere incipit Et tūc in
uidia non est nisi veniale peccatū
Et ita ꝙ bene aduertaꝫ intelligen
dum est etiam generaliter in om/
nibus alijs vicijs seu peccatis

Qui aũt dicantur ꝑmo ꝑmi motꝰ et ſcõo primi motꝰ declarabĩt alĩ qualiter infra. vbi de pcõo veniali agetur ¶ Tertio ꝓt ille doloꝛ ſeu illa paſſio in aĩo accidẽ ꝙ nihilo/ minꝰ ꝓpẽ aliq̃m aliã intẽtionẽ tra/ hĩt extra ſuã ꝓpriã rõnẽ. ſuã q̃ ꝓ/ priã natur ã. vtputa q̃ doloꝛ ille ſeu triſticia de alieno bono inſur/ git alicui ex bona rõne ſeu cauſa ſicut q̃ aliq̃s de bono ſeu ꝓſperi tate alteriꝰ dolet. vt qꝛ efficitur po tens vel alias. quia illud videt in alteriꝰ detrimẽtũ et ꝓiudiciũ redũ dare. vel ſcz aĩe ꝓrie met illiꝰ qui illud bonum habz. vel reſpublice. vel aliq̃rũ bonaꝝ ꝓſonarũ q̃ affli gi non merenť Et talis doloꝛ ſeu motꝰ bonꝰ. eſt nec pcõm eſt. cũ ma ius bonũ magis ſit appetendũ ¶ ſ°modo põt ille doloꝛ ſeu triſti cia de bono alteriꝰ accidẽ. habẽi ex certa ſcientia ꝙſenſu q̃ delibe/ rato voluntatis. et ſine iuſta ac rõnabili cauſa Et iſto mõ inuidia eſt ſp pcõm moꝛtale ¶ Et per iſta ꝓt etiã clare videri q̃ detractio ẽ pcõm moꝛtale vel veniale Nam ſi malũ de aliq̃ dicať ad bonũ finẽ ꝓ ipediẽdo ſcz ꝙ malũ alteri faci at. vel ꝓ ſua coꝛrectiõe. vel rõne of ficij qꝺ incũbit vel ꝓhibẽdo teſti/ moniũ veritati. vel hmõi. q tũc de tractio non eſt pcõm. dum tñ ꝓuer ſa volũtas ex deliberato ꝓpoſito nõ ſe adiũgit Si ꝺo dicať malum de alio ex q̃dã ſolũ leuitate loquẽ di. ſiĉ ſepe ꝺtingit. et malũ qꝺ dici tur nõ vergat i magnũ dãnũ ſeu ꝓiudiciũ illiꝰ de q̃ dicĩt aut ſue fa/ me. et tũc detractio ẽ pcõz veniale Poſſet tñ illꝺ dãnuz ſcu ꝓiudiciũ tã graue eẽ ꝙ illa leuitas loquẽdi nõ excuſaret. qꝛ vnuſq̃ſq̃z maxime in talibꝰ grauibꝰ et reſpectu alioꝝ debz ponere cuſtodiam oꝛi ſuo

Quando ira ſit pcõm moꝛ/ tale et q̃ non

Ira ex ſuo genẽ ẽ pcõm mõrle. qꝛ iuxta ſupiꝰ vbi de ira actũ ẽ Ira ẽ immoderatꝰ animi motꝰ ꝺcitans ad penã ꝓuocãti inferẽdã ſ̃ꝺic ãt motꝰ ꝺtrariať caritati. q̃ vt habeť i. ad Coꝝ. xiij. Nõ irritať. non co/ gitat malũ ¶ Ira tñ vt etiã ſupra aliq̃liť tactũ ẽ multiplicĩť ꝺſiꝺẽari ꝓt Uno mõ ꝓut imporꝛtat ſeu de noiatur ꝑ zelũ quo q̃s ꝺtra vicia mouet q ipa deteſtať Et hec ira nõ ẽ pcõm ſz magis eſt ꝓfectiõis. imo ꝑ iſtũ modũ ꝓt etiam ſibimet q̃s iraſci Quiꝺ em̃ vt dicit glõ ſu/ per illud pſať. Iraſcimini q nolite peccare. ẽ hõ penitens. niſi ſibi ipſi iraſcẽs Alio mõ põt ira ꝺſiderari ꝓut dicĩ et iporꝛtat q̃ndã erga ꝓxi mũ affectus remiſſionẽ. ꝑ quã ſcz homo nec de malo proximi dolet nec de eiꝰ bono gaudet. licet etiaz non doleat de bono. nec gudeat de malo cius. ſed eſt ei et erga eũ indifferens Et hec ſpecies ire non eſt moꝛtale peccatum ſed eſt im/ ꝓfectio q̃daz caritatis Niſi tñ vbi ꝓrimus eſſet in extrema nĉitate quia tunc ſub pena peccati moꝛ/

talis teneť hō sibi succurrere si pōt Alio mō ꝑt ira cōsiderari ꝑut dicit et importat quādā impatiētiā actualē absq; tñ reali appetitu vindicte Et talis motꝰ etiā deliberatus ē solū pcēm veniale Quia sic ꝑz ex supᵒ dictis ire diſcriptiōibꝰ nō habz opletā rōnē ire Alio mō ꝑt ira diſiderari ꝑut dicit; importat actualē impatiētiā etiā cū appetitu vindicte Et ħ triplicit ōtingere ꝑt Quīq; em ħ a naturali cōplexione seu diſpoſitiōe ꝓcedit sic est in melācolicis; in senibꝰ Jn q/bus ꝑm pħm ōtinue moueť natura. ꝓpter qđ sp turbulēti existunt. Et talis ira nullū ē pcēz. cū sit motus naturalis Quīq; etiā est ħ; ꝓcedit ex appetitu subito ; nō ꝓfce deliberato Et talis ira nō est nisi veniale pcēm. sic alīꝫ ꝑmi motꝰ Quīq; aūt est ħ et ꝓcedit ex volūtate deliberata cōsēsu q; ꝓfecto Et talis ira est sp pcēm mortale

Quando acidia sit peccatū mortale et qñ nō

Hacidia ex suo genē ē venia le pcēm Quia ꝑm supiᵒta/cta acidia in effectu nō est nisi tediū de bono spūali laborioso Hoc aūt de se nō opponit caritati. ꝫ solū dicit q̄ndā feruoris caritatis diminutionē. in qua feruoris caritatis diminutione consistit oīe pcēm veniale Multiplicit ꝑt tediū de bono spūali ōtingē Uno mō ꝓut est solꝰ motꝰ naturalis laborē abhorrēs. et talis motꝰ nullū est pcēm. q; talis motꝰ nō ē in nra

ptāte Alio mō ꝓut est motꝰ appetitꝰ de ope spūali laborioso contristati Et talis motꝰ etiā si appetitꝰ ille sit deliberatiuꝰ. nō ē nisi pcēm veniale. q; ꝺsensus in illud qđ de sui natura nō est nisi veniale pcēz. nō ē nisi vēiale Alio mō ꝑt istō tediū de bono spūali laborioso tale eē talit q; vltra motū naturalem motū q; appetitꝰ transire. q; p illō hō illa adimplē dimittit q̄ sue salūti vel ex vi ꝑcepti vel alias nēaria sūt. et tē est pcēm mōrle Pōt adhuc istud tediū in grauꝰ trāsire et tātū eē q; ex omissiōe ipiꝰ boni spiritualꝫ laborioſi difficultate q; ipm aggrediēdi hō in quādaz sue vite diſplicētiā inducit et exinde in desperationē cadit Et tale tediū est pcēm mortale. accedit q; ad pcēm in spūmscēm Et adhuc grauiꝰ imo ġuiſſimū si illō tediū illaq; diſplicētia vite in tātū crescat; ꝓcedat. q; ꝙs sibi ipi manꝰ inijciat ac se occidat Nā tūc talis similit erit iude q; se ꝑ desperationē laqo suſpendit

Quando auaricia sit peccatum mortale

Jrca auariciā aūt q̄ iuxta supiᵒdca ē imodēatꝰ amor hñdi Est considerādū q; iſte imoderatꝰ amor diſistē ꝑt. vl i appetēdo. vl in adq̄rēdo. vl in retinēdo Si in appetēdo ħ itez q̄nq; modis ōtingē ꝑt Uel ei appetunt aliena appetitu opletoz deliberato ac absoluto. q; etiā in actū ; opꝰ si adesset facultas trāsiret; ꝓcedēt et tunc est mortale peccatum Uel

appetunt appetitu siliter opleto. de liberato et absoluto illicita. vtpu/ta hō se indignum bñficio aliq̄ ec clesiastico vl officio sentiēs q cog/noscēs. vel sentire et cognoscē de/bēs illud bñficiū ecciasticū vl illō officiū sciēter appetituq̄z ōlibēato et absoluto appetit. et tūc etiaz est pcēm mortale Vel appetunt p̄oi ca scz aliena vel illicita. appetitu eē opleto et deliberato ꝫ nō tñ pu ro et absoluto. ꝫ odicionato vtpu/ta si talia sine dei offēsa ac iniuria primi haberi possēt Et tūc vl nul lū ē pcēm vl ē veniale. siue talis cō/ditio actualiē exp̄sse apponat siue ha bitualiē intēdat Qō tñ intelligen dū ē. dūmō scz p tales appetit⁹ seu desideria hō nō se vane pascat ac pdat seu intermittat facē illud bo nū ad qō aliūde teneat Vel nō ge neret i corde suo aliq̄s malos mo tus seu habit⁹ q̄s q̄n voluerit re/mouere nō possit. q tūc possz esse mortale pcēm Vel appetunt non necessaria q supflua. etiā q̄uis nō aliena nec de sui natura illicita. ap petitu nimis ardēti. et tali q mēs er ꝫ q̄dāmō suffocata impeditur omnino a sideratiōe diuinoz. ac eoz q̄ ad suā salutē spectāt Et hec ē illa p̄nitiosa cura seu solicitudo q̄ i euāgelio p̄hibet et ē pcēm mor tale Vel appetunt seu desiderant nō ncaria et supflua. nimio appeti tu ꝫ tñ tali q̄ est infra dei amorē et timorē. q talia sic appetēs nec pro pterea deo displicē vellet. nec etiā impedit a sideratione coz q̄ ad suā salutē p̄tinēt. et hoc ē nisi pcēz veniale Quinimo possit tal amor seu appetit⁹ ita moderat⁹ eē q̄ non essz pcēm. imo talē p̄ncipaliē finē q intētionē habē q esset meritorius Si vero respectu scōi mēbri p̄nci/palis ille immoderat⁹ amor habē/di non solū sistat in appetitu ꝫ vl tra trāseat scz in acq̄rēdo Et hoc iterū p̄t otingē triplicit Vel enim adq̄runt res iniuste et indebite in/dirnt a q̄cūq̄z et q̄cūq̄z mō fiēi p̄t. vt p furta. rapinas. iniusticias. ex tortiōes aliasq̄z fraudes q vias il licitas q tē ē pcēm mōrle Vel adq̄/runt res respectu adq̄rēdis et illi⁹ a q̄ adq̄rit. de suo eē nō illicite. nisi qz p artē seu officiū aut aliud op⁹ illicitū adq̄runt q̄ō de p se etiā si/ne adq̄sitiōe et lucro esset peccatū mortale. vt est in meretricib⁹. in fal sas mercātias scienter vēdentib⁹. et vsurarijs et hmōi. et tūc ē peccatū mortale Vel adq̄runt p artē aut officiū seu op⁹ q̄ō licet de se sit illi citū. non est tñ de p se nisi pcēm ve niale Vt est in istis ioculatorib⁹ q̄ q̄ p oplacētia p̄ncipū vel ppli ad lu crū hñdū. ociosa. iocosa. et inhdū mēdosa. salua tñ aliq̄ honestate di cūt. vel diuersas corpoz gesticula tiōes faciūt. et tūc nō ē nisi vēiale pcēz Nisi tñ ppter solā tal dissolutio nis delectationē hō se ex toto talib⁹ daret tūc ei essz pcēz mōrle. q nōn ter dīr ppter solā tal dissolutōnis de lectatiōez. qz ti q̄s ppter nēcitatez se eē

ex toto talibus daret⁊ applicaret
suā p talia sustētationē q̄rens. cū
aliā artē seu aliū modū lucrādi ne
sciret vel nō habēt. nō esset talis i
statu dānandoꝝ reputād⁹ Et ꝺo
respectu tertij membri principalis
amor ille habēdi immoderat⁹ cō/
sistat in retinēdo. ꝫ iterū p̄t q̄nq;
modis ꝺtingē Vel eñ scienter et
animo retinēdi retinenꝺ ea q̄ quis
ꝼstituē teneꝺ. vtputa qꝛ otra volū
tatē ei⁹ ad quē spectat detinere se
scit vel credit. et tūc est pcēm mor
tale Et intelligiꝺ q̄s animū retinē
di habē q̄n nō habz p̄positū⁊ vo
lūtatē restituēdi vel cōcorꝺādi tē/
pore et loco. licz facultas sibi sup
petat vel q̄n sibi suppetet Vel reti
nenꝺ illa q̄ ad nēcitatē alicui⁹ ⁊ suo
rū. siue p̄scisaz siue ꝑm sui stat⁹ vel
ꝺignitatis vel facti qꝺ iuste manu
tenet ꝺgruētiā. et ꝺecētiā faciūt
et spectāt. et tūc nullū ē pcēm Vel
retinentur supflua siue sit respectu
nēcitatl. p̄scise retinētl. siue nēcitatl.
ꝺgruētie sui stat⁹ ⁊ ꝺignitatl. ꝛ vt s̄
tactū ē Et ꝫ tpe extreme nēcitatis
alicui⁹ de q̄ notitia habeꝺ. et cui de
p̄ꝺcis supfluis succurri p̄ōt et nō
succurriꝺ. et tūc eē ē pcēz mortale
Quia homini in tali nēcitate ꝺstitu
to teneꝺ hō succurrē nō solū de ſ
bi supfluis. verū etiā de sibi nēcari
is. respectu quiꝺē manutenētie sui
stat⁹ vel ꝺignitatis ꝛ Sed nō de
his q̄ sibi simpliciꝺ p̄scise p̄ vita
nēcaria sūt Quia in tali casu hō
magis teneꝺ p̄prie sue vite succur/

rere q̄z aliene Vel retinenꝺ super/
flua mō statim ꝺclarato supra. de
clarato etiā extra vl citra extremā
nēcitatē alteri⁹ cuiuscūq; Sed ꝫ fit
ex q̄dā insaciabili cupiditate et ar
ꝺore habēꝺi Cui⁹ insatiabilitatis
seu arꝺoris signū euidēs ē. q̄ quis
res poti⁹ penes se putrescē⁊ depēi
re dimittit. q̄z q̄ vtiliꝺ alijs libēali
ter distribuit⁊ dispēsat. et tūc etiā
est pcēm mortale Vel retinētur su
pflua ex immoꝺērato seu inorꝺina
to amore habēꝺi Nō tñ ita insati
abili et arꝺēti sicut statim supra ta/
ctū est. ꝫ solū q̄dā immoderantia
seu inorꝺinatiōe. q̄ modicū non tū
in totū a medio virtutis scz largi
tatis deficit⁊ declinat. et tūc ē pec
catū veniale Nisi tñ vt s̄ statim ꝺi
ctū ē apparēt hō in extrema neces/
sitate ꝺstitutus. cui succurri possz
et ꝺe

Explogatio quedam

beret Ex pre
missis apparet q̄ auaricia ex suo
genē ē pcēm mortale Etiā vt i plu
rib⁹ tactū ē. ab apko ꝺolatrie
ꝺpaꝺ Nō qꝛ sit ꝺe specie illi⁹ pcī.
cū nō habeat aliquē actū ei⁹. ꝫ qꝛ
aliq̄ꝺ ꝺolatrie sibe facit scz creatu
re ꝑuēꝺo poti⁹ q̄z creatori. vt lati
us supra vbi ꝺe auaricia agiꝺ ꝺecla
ratū

Quādo est gula est pcēm
mōrle⁊ q̄n nō



Illa ex suo genē est pcēm
veniale. qꝛ appetit⁹ omeꝺē
ꝺi vl bibēꝺi ex sua rōe nō
ꝺiacet dñio voluntatis Circa tñ
istuꝺ gule pcēm qꝺ iuxta in superi

orib⁹ dicta. est immoderat⁹ edēdi appetit⁹ seu immodēata cibi auidi tas Est aduertendum q̄ q̄nq̄z mo dis pōt .iste immoderat⁹ appetitus cōtingē seu considerari Uno mō put est solūmō naturalis.sic̄ natu ralit̄ hō comedē et bibere appetit dū femescit et sitit Et hic appetit⁹ nō est pcēm.imo nec etiaz delecta tio naturalis q̄ ipm appetitum in ipa cibi sūptiōe cōsequit̄ seu omit titur est pcēm.et hoc inq̄ntuz ordi nat̄ sup defectū nature cōtrarium qz hec naturalia sunt.nec in prāte nīa osistūt Et ideo nec in talibus est meritū vel demeritū Uel illi ap petitui seu desidēio naturali qui q̄/ dām mō nēitatis est.supadiungit̄ q̄/ dā appetit⁹ delectationis et volu ptatis in cibo.et tūc est solū pcēm veniale Et ꝟ verū ē nisi ille app eti tus edēdi vltra ꝓgrederet̄.sic scz q̄ ꝓpter illā delectationē seu volu ptatē q̄ sic sibi supadiūgit̄ fiēt sine q̄cūq̄ nēitate transgressio p̄cepti eccie vel supioris.vt puta q̄ solue retur ieiunū p eccīam indictū Ut religiosus cōn ꝓhibitionē in suo ordine sub p̄cepto factā comedēt carnes vel hmōi.nā tūc esz pcēz mortale Et notanē dicit sine nēita te.qz si hmōi trāsgressiōes ex nēi/ tate fierēt.vtputa nimie senectutis vl nimie iuuētutis.vl infirmitatis. vel laboris nēarū et hmōi.tūc nō esz pcēm.imo posz illa nēitas ta lis eē q̄ q̄s hmōi p̄cepta obꝟuan/ do peccaret In talib⁹ tñ obseruā,

